¶Hic ponit curam per dietam. Et primo per cibꝫ. Secundo per potum. Secunda ibi. (In potu vero.) De prima dicit ꝙ eger debet nutriri carne fruſtatim inciſa in ſartagine frixa cum qua ſunt ſpecies calide vt piper. Ratio quia per hanc generatur nutrimentum magis ſiccum vnde magis conſumatur materia paraliſis. ¶Notandum ꝙ per iſtam aſſaturam intelligit alios modos ſibi proportionales vt in veru ſupra craticulam ⁊ ſimiles. ſimiliter intelligit declinantes ad calidum ⁊ ſiccum. ¶Secundo notandum ꝙ carnes conuenientes in cura paraliſis ſunt carnes caſtrati pernicis faſiani turturis columbini ⁊ maxime antique paſſares turdi. ratio quia ex his generatur nutrimētum ſiccum. ¶Tertio notandum ꝙ in cura paraliſis nihil magis conuenit q̄ fames ⁊ ieiunium vigilie labor: cum ſudore vel motus fortis. ratio quia illa deſiccant materiam flegmaticam in paraliſi. ideo ⁊c. ¶Quarto notandum ꝙ ēqtis ſint multe ſpecies que cōueniunt in paraliſi tam ſimplices q̄ compoſite vt piper ⁊c. tamen iſte pulnis est appropriatus. ℞. interioꝝ cinamomi electi quart. ʃ. coſiandri preparati. ʒ. i. gariof. galange piperis cubebe domeſtice macis nucis muſc. añ. ʒ. i. radicum acori. ʒ. ii. ligni aloes calami aromatici. añ. ʒ. ʃ. grane tmctorum. ʒ. iiij. ſalnie ſicce florum ſticados ara. añ. ʒ. croci. ʒ. ij. ſeminis aniſi feniculi añ. ʒ. iiij. ʒuccari albi lb. ʃ. fiat pulnis ſubtilis ponatur in parapſide vel alio modo quo placet. Ad idem. ℞. piperis. ʒ. ii. ʃ. garioſi. ʒ. i. cardamomi piperis longi ʒedoarie añ. ʒ. i. ſpecie macis croci. añ. ʒ. i. fiat pulnis ⁊ vtaꝰ. Ad idē valet diacorus vel acorus cōditus vel diacaſtoreū vel potio ſcī

De paralisi graui.

pauli. (In potu vero). Hic ponit cura per potum dicens q̄ patiēs paralisim debet sumere in potu idromel. i. aquas mell. ratio q: digerit materiam ⁊ est pauci nutrimenti ⁊ p idromel possumus intelligere quecunq; sirupum digestiuum materie ⁊ debet administrari loco vini quia vinum non competit in principio maxime in passionibus neruorum vt dicunt auctores q: est maxime penetratiuū ⁊ facit penetrare cibū crudū ad neruos ⁊ in neruis puertit i aceitz qđ maxime est inimicū neruorū ¶ Almansor.

¶ Membra quoq; eius ex oleo costino iungā tur. Qđ recipit. ʒ. i. pipis. piretri. euforbiū olium trium añ. tertiam. ʒ. i. castorei ʒ. ſ. dissoluantur omnia in media libra olei de cheirim aut de narciſo ⁊ vratur eo. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit cura per localia ⁊ diuiditur in duas. Primo per inunctionē. Secundo per cōfectionem. Secunda ibi. (Diebus vero quibus) De prima dicit q̄ membra paralitica debent inungi oleo costino quod sic fit. ℞. costi. ʒ. i. piperis. piretri euforbij añ. tertiā. ʒ. i. castorei. ʒ. ſ. ōia dissoluā tur in lib. ʒ. olei de keiriant de narciſo aut oleo laurino qđ melius est. ¶ Notandum q̄ ratio dicti est: quia illud oleū calefacit ⁊ exiccat membra ⁊ confortat neruos ⁊ consumit materiam flegmaticam ibibitam in porositatibus neruorum ⁊ remouet malam complexionem frigidam ⁊ humidam que est in paralisi ⁊ quotidie vtor illo oleo. ¶ Secūdo notandum q̄ ad idem valet vnguentum hoc. ℞. radicum ac cori ulij. costi. añ. ʒ. ſ. piperis piretri euforbij castoree añ. ʒ. ij. salnie ficce. ʒ. iij. florum sticados arabici. ʒ. i. ſ. spice nardi squinā añ. ʒ. i. succi herbe paralisis facta residentia. ʒ. i. olei de nuce idica olei nasturcij añ. quar. i. vini. ʒ. iij. pulueriz anda pulueriz entur ⁊ conquassanda conquassentur bulliant simul super cineres vsq; ad consumptionem vini colatur ⁊ colature addatur cere ℈tum sufficit ⁊ fiat vnguentū. Ad idem. ℞. bdelij. ʒ. r. euforbij. ʒ. iiij. castorei. ʒ. ij. serapini. ʒ. iiij. cere. ʒ. xv. olei sambucini vel olei de keras. ʒ. r. bdelium ⁊ serapinum dissoluantur in aqua rute agrestis sumantur cum aqua calida ⁊ fiat vnguentum. Ad idem valet vnguentum arogon nicolai. Ad idem valet vnguentum marciaton nicolai magnum. Ad idem valet vnguentū dictum in. c. de appoplexia. Ad idem. ℞. cere. ʒ. iij. ſ. opi bn mide succi rute añ. ʒ. ij. euforbij piperis armoniaci croci olei balsami castorei glutinis albora oppoponacis añ. ʒ. ij. ſ. ligie. ʒ. ij. ſ. olei quod sufficit. Ad idem olei benedicti olei terbē tine añ. quar. i. cere. ℈tum sufficit fiat vnguentum. Ad idē valet inunctio cum oleo de maiorana vel iuniperis vel cum oleo de croco vel de piperibus vel cum oleo de gagate vel cum oleo pbōr. ¶ Tertio notandum q̄ loco olei vel vnguenti communitalis ablutio. ℞. salnie ficce. ℔. iij. cōquas sa ⁊ bulliant in cribus lib. aque pluuialis vsquequo redeat ad lib. ij. ⁊ in fine decoctiōis bulliat duabus bullitiōibus florum sticados arabici quar. ʒ. coletur ⁊ colature addatur aque marine lib. i. vini ai. lib. ʒ. mell electi quar. i. ⁊ ista est bona ablutio in paralisi. Vel loco decoctiōis salnie ⁊ sticados capiantur aque distillate earum. Ad idem valet ablutio membra cum aqua ardenti de aqua vite solum vel mixta cum medietate vini albi ⁊ expertus sum frequenter in doloribus neruorum ⁊ specialiter in vroze domini de becharia. ¶ Quarto notandum q̄ loco illius valet hoc emplastrum. ℞. succi rute facta residentia. lib. ʒ. pulueris sterconis columbini quod sufficit ad incorporandum misce ⁊ fiat emplastrum liquidum ⁊ extendatur supra pannus ⁊ ponatur supra membrum paralificatum ⁊ supra neruorū originem Ad idem valet emplastrum competens in appoplexia. Sed addatur gummi rute agres. ʒ. ij. ¶ Quinto notandum q̄ mēbra que debent inungi vel emplastrari sunt duo in paralisi. ſ. membrum paraliticum ⁊ membrum a quo oriuntur neruj ⁊ vsr ad illud intendimus. verbigratia si in pede sit paralisis debet inungi pes ⁊ cum hoc spina dorsi quātum ad partem inferiorem inxta alkatin quia ab illa oriuntur nerui ad pedes. Similiter si manus sit paralitica debet inungi manus ⁊ tota spina costi quia ab illa oriuntur nerui ad manus. Ut vult Auic. secunda tertii. ⁊ Sal. primo de interioribus. vbi recitat de illo qui cecidit de mula. ⁊ medici applicabant medicinam supra partem paraliticam ⁊ non proficiebat. ⁊ ipse posuit medicinam super originibus neruorum ⁊ curatus fuit. ¶ Sexto notandum q̄ talia vngue ta ⁊ inunctiones possunt applicari dupliciter. Primo cum balneo. Secūdo sine balneo. Si sine balneo debent appropinquari potus facta euacuatione vniuersali. ⁊ ideo errant vulgares communiter ⁊ vetule que statim cum veniunt ad infirmum ponunt aliqua remedia particularia supra membrum non precedente euacuatione. Secundo possunt approximari post balneum ⁊ est melius premissa tamen euacuatione vniuersali quia melius penetrant. ¶ Notandum septimo q̄ balneum competens in paralisi est duplex. ſ. naturale ⁊ artificiale. Naturale est balneum aque marine vel sulphuree. artificiale. est duplex. vnum quod fit ex herbis superius positis in sirupo cooperiendo balneum ⁊ recipiendo solum fumum. aliud est balneum speciale competēs solum in paralisi. ſ. ℞. aquam decoctionis vulpis integre extractis visceribus cum pelle tota. fiat balneum dum venter patientis sit bene preparatus: quia alr posset esse causa dissolutionis materie. ¶ Octauo notandum q̄ ventose sine scarificatione cum stricto orificio appolite supra capita neruorum multum iuuant. Ratio quia calefaciunt ex exiccant. Similiter frictiones facte in eisdem locis cum sale vel semine vrtice vel sinapi. ratio ps per idē ⁊ totū post euacuationem fiat diebus aliquot. ¶ Almansor.

¶ Diebus vero quib⁹ quiescit dāde sunt quatuor die. ʒ. ij. de anacardio quod. ℞. xxv. piretri nigelle costi melanopiperis macropiperis oggii omnium añ. ʒ. i. myrrhe rute ficce feride aristol. baccarum lauri castorei seteragi indi sinapis gētiane omnium añ. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. vngantur cum oleo nucum: ⁊ cum melle cocto conficiantur. hoc. n. medicamen valde confert paralisi: apoplexie torture ⁊ tremori morsee morsibus scorpionis ⁊ omnibus passiōibus frigidis: ⁊ spasmo humido. Que cum sumitur illico prouoca: sudorem ⁊ infert febrē. q̄ si sumptum nō affert sanitatem eger ab omni medicamine per. x. dies abstineat excepta dieta. deinde ad ipsius curam redeundum. ¶ Sylla.

¶ Hic ponit curam per aliud locale. ſ. per confectionem sumptam per os ⁊ diuiditur in duas. primo facit hoc ostendendo effectus qui sequantur ex assumptione. Secundo ostendit quid sit fiendum cum ex assumptione huius medicine nō sequatur sanitas. Secūda ibi. (Qđ si sumptū). De prima dicit q̄ in diebus quietis qualibet die debent sumi. ʒ. ij. de anacardino quod sic fit. ℞. piretri. ʒ. ʒ. nigelle costi melanopiperis macropiperis oggi. i. acoi omnium añ. ʒ. r. myrrhe rute ficcalle aristologie baccarum lauri secta regi indi castorei sinapis gentiane omnium añ. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. vngantur cum oleo nucum ⁊ cum melle cocto conficiantur. hoc enim medicamen confert multum paralisi appoplexie tremori torture albaras morsibus scorpionis spasmo humido. Et omnibus passionibus frigidis. Secundo dicit q̄ cum sumitur tale medicamen prouocat statim sudorem ⁊ febrē. ratio est. propter magnam caliditatem. ¶ Notandum q̄ ratio est duplex quare valet hoc medicamen: quia inducendo febrem ⁊ prouocando sudorem consumit materiam flegmaticam ⁊ remouet malam complexionem frigidam inductam in paralisi. Similiter q: confortat nernos quia ponuntur multa confortantia neruorum. vt costorenm anacardum ⁊ ita vtimur anacardis. q: confortant memoriam confortando nernos. ¶ Tertio notandum q̄ cū medicamē istud sit fortis virtutis non debet

Digitized by Google

approximari in paralisi si p̃cedant alia electuaria magis domestica: ⁊ de illis est illud quo communiter vtebatur gerardus. ℞. pulueres pliris fine muſco. ʒ. ſ. iteriorum cinamomi electi. ʒ. i. lign. aloes ſtoracis calamite nucis muſcate bebe ſomestice añ. gra. v. macis grane tinctorum añ. ʒ. i. ſeminis aniſi ſeminis feniculi coriandri preparati añ. ʒ. ſ. conſerue acori. ʒ. ſ. corticũ citri. conditi. ℥ß. conſerue anthos vel adianthos conſerue ſticados arabici añ. ʒ. ij. aque ſalnie. ʒ. v. aq̃ roſacee. domeſtice quart. i. ʒucchari albi q̃ lib. i. fiat electuarium in bolis diligenter. ¶ Quarto notandũ q̃ iſta electuaria ⁊ vnguenta que dicta ſunt in paraliſi competunt quando eam cauſa antecedens ⁊ coniuncta ſunt frigide: quia ſi eſſent calide nullo modo conuenirent. ¶ Dubitatur vtrum illa die qua dantur medicine competat electuarium illud. Dicendum q̃ non quia medicina ſolutiua trahit ad interiora. ſed hoc electuarium trahit ad exteriora. Secundo quia medicina ſolutiua euacuando debilitat: ſed hoc electuarium quia fortis eſt virtutis cauſando febrem debilitat ⁊ ſic adderetur debilitas debilitati quod non eſt faciendum. (Ꝺ ſi ſumptum). Hic oſtendit quid eſt faciendum. quando ex aſſumptione huius medicine non ſequit ſanitas: ⁊ dicit q̃ debet abſtinere ab omnibus medicinis per. x. dies excepta dieta. ratio vt virtus ſubleuet. Scꝺo dicit q̃ poſt redeũdũ eſt ad eius curam. Ratio q: virtus ſi ſubleuata erit potens ad ſuſtinendum fortitudinem huius medicaminis. ¶ Almanſor.

¶ Ꝺ ſi paraliſis ex percuſſione aut caſu euenerit ⁊ acciderit ſubito: taliter permanebit: nunq̃ ſanabit. q̃ ſi nõ repente ex predictis ſed paulatim ⁊ molliter inuaſerit: loco percuſſionis emplaſtrũ hoc eſt apponẽdũ. Ꝺ. ℞. farinaʒ. fenugreci ſemẽ been ſemen mabalep. ſemẽ reſin bdelium amoniacũ adipẽ anatis ceratum oleum yrinũ. ex his fiat empl̃m ⁊ ſupponatur. ¶ Sylla.

¶ Hic ponit curaʒ paraliſis facte a cauſa extrinſeca. ſ. caſu vel percuſſione: ⁊ diuiditur in duas partes. ℣ Primo ponit ſen oſtendit quõ ſe habet ad curam quando talis ꝓuenit ſubito. Secũdo quãdo paulatine. Secũda ibi. (Ꝺ ſi nõ). De prima dicit q̃ ſi paraliſis ex caſu vel percuſſione ꝓueniat ſubito talis eſt incurabilis cũ ſic permaneat. ¶ Notandum q̃ dictum rafis habet verum niſi ex tali caſu vel percuſſione inducente ſubito paraliſis cãret diſlocatio: q: tunc ſufficit reducere membrũ ad locũ: quia propter illud fit ablatio ſenſus ⁊ motus. ¶ Secũdo notãdum pro rõne dicti quia ſignũ eſt q̃ ꝓuenit a cã multum forti cãnte apa vel oppilatione in nervis. (Ꝺ ſi nõ). hic ponit curam qñ paraliſis venit paulatine ⁊ dicit q̃ ſi illa paraliſis eſt ex caſu vl ex percuſſione ⁊ fiat paulatim in loco pcuſſiõis ꝺbet poni hoc emplaſtrum. ℞. farine fenugreci ſemen been ſemẽ mabalep ſemen reſin. i. ſemen pentadactali bdelium amoniacum adipẽ anatis ceram oleum de lilio ex his fiat emplaſtrum.

¶ Notandũ q̃ ratio dicti eſt quia hoc eſt mitigatiuum doloꝝ confortat nervos ⁊ reſolvit. ¶ Secundo notandum q̃ empl̃m ponitur in forma ſic. ℞. farine fenugreci bdelij armoniaci añ. ʒ. i. piperis al. ſeis reſin. añ. ʒ. ii. adipis anatis. ʒ. ʒ. oli de lilio vel irini. ʒ. ii. pulueriʒentur pulueriʒãda liqueſiant liqueſienda miſce omnia ⁊ fiat emplaſtrum extendatur ſupra pannum ⁊ ponatur ſupra locuʒ percuſſuʒ. Ad idẽ. ℞. myr. oppopo. añ. ʒ. v. caſtorei. ʒ. iii. euforbij. ʒ. ij. olei de lilio olei de narciſco añ. ʒ. ii. cere. ʒ. v. pulueriʒentur pulueriʒanda ⁊ liqueſiant liqueſienda miſce ⁊ extenda tur ſupra pannum ⁊ ponatur ſupra locum. ¶ Tertio notãdum q̃ in paraliſi ex caſu vel percuſſione aliud eſt ponendum ſupra locum percuſſum ⁊ aliud in parte ſuperiori iuxta nervum percuſſum ponendum eſt quod eſt dictum: ſed in parte ſuperiori debent poni repercuſſiua. ⁊ ſi materia fluens ſit calida ponenda ſunt frigida ſtiptica qualia ſunt mũmia bolum ar. ſumac. añ. ʒ. ii. cum oleo mirtio fiat empl̃m ⁊ ſuperpone. ſi vero materia ſit frã ponantur calida ſtiptica: qualia ſunt nux cipreſſi olibanum ⁊ incorporentur in vino ſtiptico. ¶ Quarto notandum quia in quaſſatione que apparet in toto corpore valet induere pellem ouis calidam recenter excoriatam. Dicit gerardus. recolo q̃ babebaʒ quandam vicinam conquaſſatam totam ⁊ debilem ⁊ non potuit flebotomari quia ſener. lxx. annorum. feci q̃ haberet pellem multonis ⁊ involutus in eam: erat liberatus in craſtinum. ¶ Dubitatur vtrum in paraliſi ſit incipiendum cum fortibus. q̃ ſic patet per Raſim qui incipit curam cuʒ fortibus. ſicut cum pillulis fetidis. Secundo ſic. In apate dum timemus ſuffocationem incipimus a ꝑn. cuʒ fortib⁹. ergo in paraliſi. tenet ꝓña: quia paraliſis aliqua poteſt ſuffocare per ꝓuatiõem motus lacertorum pectoris ⁊ diafragmatis. ¶ In oppoſitum eſt meſue ancẽ gal. ca. ꝺ paraliſi. Dicendum q̃ regulariter in paraliſi ⁊ in paſſionibus nervorum non eſt feſtinandum cum fortibus a principio. Ratio quia talia agitant materias ⁊ deiciũt virtutes ſi ſunt euacuantia non inuenientia materiam apertam. Secundo dicẽdum q̃ coacte vbi materia paraliſis vel ſpaſmi. minaret mortem ſubito ꝓpter membrorum anhelitus nocumentũ poſſumus incipere a fortibus. Ad rationes. Ad primam dicendum q̃ raſis itelligit primiſſis lenibus medicinis: vel q̃ illud quod dicit raſis non eſt principiũ cure niſi coacte. Ad ſecundam ꝓbat ſecundum dictũ. ¶ Dubitat ſecundo cuius lateris paraliſis ſit difficilioris cure an ꝺxtri vel ſiniſtri ꝓbatur q̃ ſiniſtri. quia virtus in eo eſt debilior. ꝓña tenet: q: curans principaliter eſt virtus. Secundo tremor lateris ſiniſtri eſt difficilioris cure. ergo ⁊ c. añs patet per Auicẽ. ſecunda tertij. ca. de tremore. ⁊ ꝓña tenet a ſimili. ¶ In oppoſitum arguit. paraliſis ꝺextri lateris ſit a fortiori cã. ergo ⁊ c. ꝓña tenet per afforiſmuʒ ſecunde particule. In morb. minus piclitatur egrotãtes. añs patet. quia latus ꝺextrum eſt calidius ſiniſtro. ſed paraliſis ſit a frigida mã. Dicenduʒ q̃ paraliſis totius lateris ꝺextri cuius principium ſcipit a cerebro ⁊ nuca eſt difficilioris cure. ℣ Prima ratio quia fit cuʒ diſconuenientia particularium. Secunda ratio quia per illam debilitatur fons caloris ⁊ nutrimenti. ſ. epar quod ſituatur in latere ꝺextro. Tertio ratio quia paraliſis ꝺextri lateris colligit maiorem partem materie quia ꝺextra pars eſt rarior ⁊ magis ſuſcipiens mãʒ. ſcꝺo dicendum q̃ paraliſis particularis vnius mẽbri tantũ vt manus vel pedis ꝺextri lateris in qua ſernãtur illeſa epar cor cerebruʒ ⁊ nucha põt eſſe facilioris cure. Ad rationes. Ad primã dicendũ q̃ aliis paribus paraliſis ꝺextri lateris eſt difficilioris cure. Ad ſecundam ⁊ tertiam patet ſolutio per ſecundum dictum.

¶ De ſtupore ⁊ tremore. ¶ Syllanus.

n Otãdũ circa rubricã. ℣ Primo q̃ ſtupor ẽ diminutio ſenſus tãtũ ſi differat ſenſus ꝓnũ mẽbr ⁊ motus p aliũ: ſed ſi ambo q̃ vnũ neruũ. ſtupor ẽ diminutio ſenſus ⁊ mot⁹. ¶ Scꝺo notãdũ q̃ ſtupor ẽ duplex. qdã eſt ſtupor mẽtis. ⁊ ſic eſt actõ diminuta virtutis imaginatiue. q: iperfecte imaginat. nõ añt loqtur ⁊ videt q̃ imaginet. ⁊ talis vtplurimũ ſit a frigiditate. Et qdaʒ eſt ſtupor corporis vel mẽbri. ⁊ talis eſt actio diuina ſenſus tactus ad quẽ vtplurimũ ſequtur diminutio motus. Ad ꝓpoſitum de ſcꝺo ẽ ſermo. ¶ Tertio notãdũ q̃ ſtupor differt a ſomno inaturali dolore ⁊ paraliſi. Differt ꝓmo a ſomno inaturali. q: ſtupor ſit in vigilia. ſed ſomnus inaturalis nõ. Dicẽdum eũã q̃ differt ſtupor a dolore. q: ſtupor eſt actio leſa diminuta ſenſus tactus. ⁊ dolor nõ. itẽ ſtupor eſt nocumẽtuʒ in tactu. ſomnus añt inaturalis nõ. ⁊ in ſtupore non eſt dolor. ſed differt ſtupor a paraliſi q: in paraliſi eſt ablatio ſenſus ⁊ motus. in ſtupore vo ẽ diminutio ſenſus ⁊ mot⁹. ¶ Quarto notãdũ q̃ cauſa ſtuporis eſt tripler. ſ. ꝓmitiua añs ⁊ ꝓiũcta. vel aliter cauſa in generali eſt omne illud qꝺ ipedit trãſitũ ſpũs ad nervos. Sed in ſpãli eſt duplex cauſa. vna paucitas ſanguinis ⁊ ſpũs. vt in ſenibus. Alia põt eſſe ſuperflua frigiditas exterior ſeu iterior ꝺcẽs ſpũs ⁊ oppilãs nervos. Alia cã põt eſſe pũctura alicuius aialis venenoſi. vel tactus cuiuſdã piſcis q̃ vocat̃ narchon. Alia cauſa põt eſſe ſuperflua caliditas reſolues ſpũs. ſicut eſt febris ardẽs. aut mora ſuperflua in ſole aut in balneo aut ſuperflua ficcitas corrugãs ner-

Digitized by Google

nos. ¶Potest similiter esse strictura ligatura vel cõpressio si cut accidit qñ vnũ membrum stat supra aliud. Alia causa potest esse oppilatio facta in nervo a quolibet humore siue sit sanguis oppilans sua multitudine siue flã ratione viscositatis. velm melancolia ratione grossitiei seu colera admixtione aliorum. vtplurimum tamen est flã. ꝛ de hoc prosequitur rasis. ℂ Circa tremorem notandum ꝙ tremor est duplex. quidam tremor est passio nervorum ꝛ est particularis. s. factus in manu tantum vel in pede vel in capite. Alius est qui non est passio nervorum: ꝛ iste quãdoq; accidit in febribus ex materia mala sparsa super musculos. ꝛ tũc virtus expulsiua vult expellere ꝛ fit tremor: ꝛ sic est operatio virtutis expulsiue. quandoq; accidit ille a causa extrinseca vt ab aqua frigida sparsa super membro subito: ꝛ dicitur vniuersalis tremor. ꝛ de isto vtroq; nõ loquitur rasis hic: sz in. r. almansoris vbi tractat de febribus. Sz tremor qui est passio nervorũ de quo loquitur rasis hic. diffinitur sic. Tremor est motus prerer naturaz compositus ex motu virtutis ꝛ motu morbi. vnde ꝯtum virtus elevat tantũ morbus deprimit. Alr diffinitur sic. Tremor: est dispositio in qua est bellum contentiue virtutis volontarie ad supiora mouentis ꝛ morbi inuoluntarie ad inferiora deprimentis. Alr. tremor: est diminutio motus sicut stupor: est diminutio sensus. ℂ Secundo notandum ꝙ causa tremoris ẽ omne illud qõ debilitat virtutem aut instrumentum aut virtũ qz. Sed in speciali vna causa est debilitas sanguinis ꝛ spũ sicut accidit in connalescentibus ꝛ in patientibus etbicã. vñ virtus non potest regere membrum. Alia causa est accidẽtia anime sicut cum aliquis est in alto ꝛ perspicit in fundum ꝛ cum aliquis est coram principe terribili sicut fuit nero. vl cum est in aspectu leonis vel ira vel gaudium superfluum Aliter causa est triplex. primitiua. añs. ꝛ coniuncta. ¶Primitiua sicut ligatura frigiditas extrinseca. accidentia anime. ira. gaudium superfluum. vel cum quis est in pñtia domini terribilis vel fere vel aspectus ad locum profundum. potus vini vel aque frigide pancitas spũs vel sanguinis. Alie cause patent. Causa antecedens est humor: flegmaticus paratus imbibi in porositatibus membrorum. Alia cã. s. coniuncta potest esse materia flegmatica ibibita in porositatib' membr. ꝛ de tali loquitur rasis. Et q: stupor habet eãdez causam quã hz tremor. Ideo simul determinat ꝺ cura stuporis ꝛ tremoris. Alia cã põt esse oppilatio ĩ membro sine vicio humorum. vt ex frigiditate condensata vel forti ligatura. ℂ Dubitatur quare tremor magis accidat capiti ꝯ aliis membris. ꝛ post caput manibus vt pz ad experiẽtiã. Dicendum ꝙ causa est. q: cerebrum est mẽbrum flegmaticum in quo abundat multum flã. ꝛ q: multe superfluitates cõmunicantur capiti ab aliis membris. Ad secũdã dicẽdum ꝙ manus sunt propinque capiti ꝛ sunt mẽbra rara satis apta vt ibibatur in eis materia. alia causa q: sunt mẽbra multum distantia a fonte caloris. Itez quia sunt plus occurrentia extrinsecis alterãtib' q: sunt discoopta. ℂ Almãsor.

Am aliquis sentit aliqꝺ suoꝝ mẽbroꝝ
c sicut est dispositio pedis cuz fit stupid': dicemus in illo membro stuporem esse: quapropter eius cura non est differẽda: quãdo enim prolongatur tempus huius egritudinis ꝓ ducit ad paralisim. ℂ Syllanus.

ℂ Hic determinat de stupore ꝛ tremore ꝛ dividitur ĩ duas. ¶Primo determinat de stupore. secõ de tremore. Secunda ibi. (Tremor aũt). ¶Prima in duas. pño facit hoc. Secõ iserit ꝙ cura non ẽ differenda assignãdo cãz. Secõa ibi. (Quapropter). De prima dicit ꝙ cũ in aliquo mẽbro fit diminutio sensus sicut suplet. cũ pes est stupidus signũ est ꝙ illic est stupor. ℂ Notãdũ ꝙ cũ in mẽbro aliqs sentit sic pũctuz acus vel formicaz vel qõ mẽbrum fit obdormitatũ tũc est signũ stuporis. ℜ Rõ pz ex dcis. ℂ Notãdum ꝙ rasis nõ ponit signa tremoris q: patent ad visum. ℂ Dubitat q̃re in pedibus sit maior stupor q̃ in aliis mẽbris. Dicendum ꝙ cã est q: sunt magis remoti a fonte caloris ꝛ a mẽbro a quo proueniunt nerui sensitini. iõ minus habere debent sensationem. Et hec est causa quare leprosi reperiuntur magis infiati in pedibus ꝛc. Secunda causa ẽ quia pedes magis sunt ordinati ad motum q̃ ad sensum. (Quapropter). hic infert ꝙ cura stuporis non est differẽda. Et dicit ꝙ causa est. q: cũ prolongatur stupor: ad paralisim trãsit q: paralisis fit ex eadem materia cum stupore. sz est maioris quantitatis. ex hoc patet ratio. ℂ Notandũ ꝙ stupor proueniens a cerebro si continuaverit pronosticatur apoplexiam vel epilepsiaz. Si stupor in nucha pronosticatur paralisim vel spasmum. ꝛ ita in aliis membris ꝛ aliquãdo tremor: in aliis membris. sed stupor in facie pronosticatur torturam in facie. ℂ Almansor.

ℂ Curatur aũt hec passio ex 'aliqua parte medicinarũ paralisis ꝛ cũ dieta. ꝛ vnctiõe ex oleo costino. ꝙ si inueteraverit passio :eger ex pillulis ferdis purgandus est. ꝛ cõplexio equãda ex nardino ꝛ dieta. ℂ Syllanus.

ℂ Hic ponit curã stuporis ꝛ dividitur in duas. ¶Prio ponit curã in generali remittendo nos ad curam paralisis. Secundo in speciali. secunda ibi(. Quod si inueteraverit). de prima dicit ꝙ curatur stupor. sicut ꝛ paralisis ex aliqua parte medicinarũ ꝛ cuz dieta ꝛ cum inunctiõe ex oleo de costo. ℂ Notandum ꝙ stupor curatur ex aliqua parte medicinarum sicut paralisis. ratio quia fiunt ex simili materia. iõ ꝛc. Sed non curatur ex toto cũ eisdem quia fortiores medicine requiruntur in paralisi ꝙ in stupore. nã forti egritudini fortis debetur medicina ꝫm gal'. in cõmento illius aforismi. Elleborus periculosus est carnes sanas habentibus. Similiter in stupore cõuenit fortis dieta sicut in paralisi. s. declinans ad calidum ꝛ siccum. rõ quia talis dieta contrariatur materie stuporis que est frigida ꝛ humida. Similiter competit iunctio ex oleo costino quia calefacit ꝛ consumit materiã stuporis. (Qñ si inueteraverit). hic ponit curam stuporis in speciali. Et dicit primo ꝙ si passio inueterauerit cum pillulis ferdis eger est curandus. rõ quia ex his euacuatur materia flegmatica a corpore que facit stuporẽ. Secũdo dicit ꝙ complexio est rectificanda cum anacardina confectione. ℂ Almansor.

ℂ Tremor autem ex eisdem curatur ex quibus sanatur stupor. ℂ Syllanus.

ℂ Hic ponit curã tremoris ꝛ dividit ĩ duas. ¶Prio ponit curam in generali. remittendo nos ad curam stuporis. Secundo ponit curã in speciali. secunda ibi. (Sed si er). Aliter potest dividi in tres. ¶Primo ponit curam tremoris facti a materia frigida ꝛ remittit nos ad curam stuporis Secundo ponit curam quando fit ex potu aque frigide ꝛc. ꝙ tes patebunt. De prima dicit ꝙ tremor curatur ex eisdem ex quibus curat stupor. ratio quia habent similes causas licet fortiores sint in stupore. ℂ Notandum ꝙ licet ex eisdẽ medicinis possint curari tremor ꝛ stupor. tamẽ aliqua sit appropriata in stupore. ꝛ similiter in tremore ꝛ paralisi. ꝺ numero quorum aliqua sunt herbe. aliqua sunt olea. aliq̃ sunt cibaria aliqua sunt gũme. Herbe appropriate sunt. sicut trifolium eupatorium ꝛ sticados arabicum. ꝛ ideo de istis debet fieri baꝭ in omnibus receptis clusteriorũ ꝛ aliorum. Olea sunt sicut oleum cucumeris asinini. oleũ de aneto. oleum de andacocha alio nomine ꝺ sulphure herba mirabilem habens proprietatem in tremore. Cibaria sunt cerebrum leporis assatum inter omnia. secunda tertij. c. de tremore. Gume sunt castoreũ. licet valeat cum boc in oibus passionibus nervoꝝ. ℂ Secundo notandũ ꝙ i tremore clistere cõpetens est tale. ℞. centauree minoris vtriusq; salnie rute primule veris ipericõis. mercurialis añ. Ml. i. cartami mũdati. ʒ. i. feis rute seminis rileos seminis basilici añ. ʒ. ʃ. agarici electi. ʒ. v. vtriusq; sticados añ. ʒ. ʃ. farfaris pugillũ vnũ mell' electi olei de lilio añ. quantũ sufficit. fiat clistere vsq; ad q̃r. v. ꝛ similiter valet in paralisi ꝛ stupore. ℂ Notandum tertio ꝙ signa tremoris facti a casu virtutis sunt. quia patiens

Digitized by Google

De tortura oris

deficit in quocunq; labore ⁊ motu ⁊ relenatur ex omni re nutribili: ⁊ q; nullo modo famem pati potest quoniam sin copizat ⁊ tunc tremor angetur. Signa tremoris propter vsuz vini sunt: q: potus aque confert ⁊ abstinere a vino ⁊ potus vini de granatis vel de agresta multum confert. Signa tremoris facti propter dominium humoruz frigidi super membrum sparsi sunt albedo ⁊ mollities corporis: pigrities ⁊ ebetudo sensuum. ratio patet. Signa tremoris facti ab aliis causis vt ex frigiditate extrinseca ⁊c. habetur ex relatu infirmi. ¶Almansor.

¶Sed si ex superflui vini potu euenerit eger ab ipso erit abstinendus. Similiter si aquā que ex niue dissolnitur bibendo banc incurrerit passionem ab ipsa abstineat. ⁊ balneuz calidissimū ingrediatur in qua tam diu moram faciat donec sudet. a quo cum egressus fuerit in sole assidue moretur. ¶Syllanus.

¶Hic ponit curam tremoris in speciali. ⁊ diuiditur in duas. ℣Primo ponit curaz quando fit ex superfluo potu vini. secundo quando ex potu aque. secūda ibi. (Similiter si). De prima dicit q; si tremor tingat ex superfluo vino sum pto eger debet se abstinere ab illo. ratio quia remota causa: remouetur ⁊ effectus. ¶Notandum q; vinuz facit tremorem: quia est maxime penetrationis ⁊ perentit nernos ⁊ conuertitur in acetum in eis. (Similiter si ⁊c). Hic ponit curaz tremoris facti ex potu aque: ⁊ diuiditur in duas. ℣Primo ponit curam per abstinentiam aque. Secundo p balneum. secunda ibi. (Et balneum). De prima dicit q; si quis incurreret tremorez ex potu aque pro cura debet abstinere ab ipa. ratio q: remota cā remouetur effectus. (Et balneum). Hic ponit curam per balneuz ⁊ dicit primo q; patiens tremorem debet ingredi balneum calidissimuz: ⁊ debet in eo tantum contrabere moraz q; sudet. ratio q: tūc aquositas per porositates nernorum expellitur per sudorē. Secūdo dicit q; talis debet assidue morari in sole. ratio q: consumitur ⁊ exiccatur humiditas membrorum que erat causa tremoris. ¶Notandū q; trociscī de sticados valent contra omnem tremorem a proprietate ⁊ contra paralisim ⁊ torturam. ℞. sticados. ʒ.i. iſopi. ʒ.ij. peonie. ʒ.ij. fiāt trociscī cum mucillagine dragaganti ⁊ melle ros. ⁊ fit vnusq; aureus vnius ⁊ detur in aurora cum aqua decoctionis sticados ⁊ mellis. ¶Notandum q; rasis non ponit curam si tremor fiat a debilitate virtutis regentis membra. ℣Pro cura nutriatur carnibus assatis nutribilibus ⁊ aliquando elixatis vt carnibus pullorum bedi arietis annalis caponuz perdicum fasianorum omnium auium viuentium in arboribus ⁊ pratis ⁊ non in aquis. ⁊ vitellis ouorum. de herbis posset comedere feniculum boraginem ⁊c. Confortetur cerebrum ⁊ cor: cū electuarijs dictis in. c. de mīa. De potibus potetur ex aqua mellis ⁊ aliquando potest bibere vinum optimum odoriferum in quo fit trū de aqua quantum de vino vel plus de aqua. ¶Tertio notandum q; cura tremoris facti a letargia fit letargiam removendo sed facti a frigiditate sine materia fit per calefacientia. sed facti ab accidentibus anime fit removendo illa accidentia.

¶De tortura oris. ¶Syllanus.

n Otandum circa rubricam q; tortura oris ē motibus officialis figuram ⁊ formam naturalem faciei corrumpens. Aliter tortura oris est inclinatio oris ⁊ labiorum ad partem dextram vel sinistram cuz impotentia claudendi alterum oculorum. ⁊ cum exsufflatione ex latere vno cuz percipitur vt exsufflet aerem vehementer. ¶Secundo notandum q; causa torture oris est duplex. vna ē paralisis partis faciei. alia ē spasmus ex repletione vel inanitio ne vtpluriuū trū ē spasm' de repletiōe. ¶Almansor.

C Am bominis os contorquetur ⁊ vnū
c de oculis suis claudere non valet ⁊ si precipitur ei vt sufflet flatus ab vna tā tum parte exire videtur: ipsum tunc contorsionem pati dicimus. ¶Syllanus.

¶Hic determinat de tortura oris ⁊ faciei. ⁊ diuiditur in duas. primo ponit signa. secundo ponit curā. secūda ibi. (Lutius curaz). De prima dicit q; cum in aliquo apparent ista signa. ℣Primum q; os hominis contorquetur. Secundus q; non potest claudere vnum oculum. Tertiuz si precipiatur vt sufflet flatus videtur exire ex vna parte. tunc dicim' q; talis patitur torturam oris. ¶Notandum de ratione signorum. verificatur primum q; ibi est paralisis vnius partis faciei vel spasmus. Sed in paralisi pars infirma cadit supra sanam. in spasmo vero pars infirma trabit ad se sanā. verificatur secundum. quia in altera parte faciei est spasm' vel paralisis in quibus est ablatio sensus ⁊ motus. ideo nō potest claudere oculum illius partis verificatur tertium q: pars infirma est debilis. ideo non potest claudere bene labia. ¶Secundo notandum q; signum torture propter paralisim prouenientis sunt debilis motus propter materiaz fluidam relaxantem. turbatio sensus ꝓpter materiā aquosam fluentem ad viscera sensuū. multiplicatio saliue ⁊ spūti propter multitudinez materie aquose. in paralisi sentitur in cute ex vtraq; parte lenitas. ratio ꝓpter materiam aquosam que causat mollitiem. non sentitur extensio. patet per ides. palpebra inferior oculi que est in parte gibbosa est diuersa. ratio q: ꝓpter relaxationez. cadit inferius pellis frontis ex parte gibbosa. ſ. per quam spuit ⁊ sufflat. ⁊ extensa absq; rugis. quia ibi est relaxatio que remouet rugas. Laret motu vsuali. q: in paralisi auferur motus. apparet q; medetur homo ⁊ aspiciat ad inferiora. causa q: per similia relaxatur ad inferiora. Sed signa torture propter spasmuz sunt sensus turbati quodammodo. q: in cerebro est materia flegmatica grossa que licet perturbet non tamen sicut sinida. Extensio cutis q: destruuntur rugę. Sed contra q: in spasmo fit corrugatio. Dicitur q; destruuntur merito numeri q: alias fuerunt plures. vel destruuntur q: earum fundamentum non apparet sed latet occultuz sub cri spatura lacerti faciei duri. ratio propter spasmū qui est causa contractionis. Hinoratur salina. rō q: in spasmo facto a materia est maxilla ingrossata. sed in spasmo facto ex inanitione patet declinatio cutis ad pteū colli. rō q: ibi sunt pncipia multoz nernoz faciei. si i spasmo moueat nerui ⁊ cō trahuntur versus pncipia. ¶Almansor.

¶Cuius curam incipiemus cuz solutione ventris ex pillulis fetidis. Nutrimentuz vero eius aręz ipsius potum ordinabimus ut in ca. de paralisi diximus. ¶Syllanus.

¶Hic ponit curam. ⁊ diuiditur in duas. ℣Primo ponit curam torture prouenientis ex repletione. secundo ponit curā ꝓuenientis ex inanitione ⁊ excusat se. secunda ibi. (De tortura vero). ℣Prima in duas. ℣Primo ponit curam per euacuationez ⁊ remedia per localia. Secundo ostendit qd faciendum quando predicta facta non conferunt secunda ibi. (Quod si passio). ℣Prima in tres. ℣Primo ponit curā per euacuationem. Secundo per dietam. Tertio per localia. secunda ibi. (Nutrimentū vero). Tertia ibi. (Egritudini preterea). De prima dicit q; in cura torture debemus incipere faciendo euacuationem cum pillulis fetidis. ¶Notandum q; prius incipiendum est ab euacuatione. q: raro medicamina localia debent approximari. nisi ꝓmissa euacuatione vt dictum fuit supra. sed ratio dicti est quia predicte pillule euacuant materiam flegmaticam facientez spasmuz vel paralisim q; sunt cause torture ideo ⁊c. ¶Secundo notandū q; anteq; detur medicina laxatiua vel euacuatiua debet precedere sirupus digestiuus appropriatus in tortura ⁊ est. ℞. radicū acori. ℔. ſ. ʒinʒib. al. nu. muſ. añ. ʒ.i. melſ. elci quart. iij. fiat sirupus clarificatus vsq; ad ℔.i. ⁊ detur cum aqua decoctionis salvie. Ad idem valet sirupus competens in paralisi ⁊ in spasmo. ¶Tertio notandum q; medicina laxatiua debet esse talis. ℞. pillularū cochiarum. ʒ.ij. pulpe. colloquintide bdelij pulueriʒati añ.

Digitized by Google

De tortura oris

3.i.ſi patiens eſt fortis miſce malaxando cū3 idromelle fcō cum aqua accoti.hāt pūnle ad quātitatem cicerum. ¶ Ad idē valent medicine ſolutiue in cura paliſis ⁊ ſpaſmi. ¶ Nutrimentum vero.) Dic ponit curā per dietā dicens ꝙ nutrimentum.i.cibus ⁊ potus debent eſſe ſicut dictum eſt in cura paraliſis: verbi gra comedat carnes ouium bonarū: animū degentiū in arboribus ⁊ pratis ⁊ non in aquis gallinas gallos annuales: pullos gallinarū aſſatos. carnes bedorum ⁊ caſtratorum aſſatas. comedat cibaria ordei auene ſpelte ⁊ farris ⁊ condiantur cum puluere qui ſic fit. ℞. nucis muſca.ʒ.i. piperis longi caſtorei galange añ.ʒ.i. ʒedoarie.ʒ.i.ſ. terantur ⁊ cribellentur. de potibus ſumat aquam melī cō patet. ¶ Almanſor.

¶ Ergo ꝓteres quotidie in mane anteq̄ comedat ſinapi cum ſirupo aquoſo gargariʒare faciemus ⁊ mittemus eum in domum obſcurā ⁊ precipiemus vt vnam nucem muſcatam in parte oris que torta eſt teneat. naribus quoq̄ tunc inſufflabimus condiſi vt ſternutatio prouocet. Spondiles quoq̄ colli eius ⁊ faciē eius ⁊ frontem ex oleo coſtino inungere conuenit. eſt quotidie de anacardino vnius aurei pondus ſumendum. ⁊ ſi paſſio hoc modo ſolura non fecerit ad ventris ſolutionem ⁊ egri preſeruationem rede undum eſt. De tortura vero que non repente: ſed paulatim accidit non loquimur: ipſa nanq̄ non contingit niſi in freneſi pernitioſa morte iaʒ iminēte ⁊ eſt ex ſiccitate. ¶ Syllanus.

¶ Dic ponit curā per localia. ⁊ diuidit in ſex. Primo ponit curā per gargariſma. Secundo per māſiones oſtendēdo in qua domo debet ſtare. Tertio per vnum qđ debet tenere in ore. Quarto ꝓ ſternutatoriaʒ. Quinto ꝓ inunctionem. Sexto ꝓ confectioneʒ. ꝓtes patebunt. ¶ De prima dicit ꝙ debemus facere gargariʒare egruʒ ante comeſtionem cum ſinapi ⁊ ſirupo acetoſo. ¶ Notandū ꝙ anteq̄ competat iſtud gargariſma due conditiones requiruntur. Prima ꝙ corpus ſit enacuatum enacuatione vſi q: corpore exiſtēte pleno fieret attractio maior materie peccātis ad faciē. Secundo conditio eſt ꝙ materia ſit fluxa ⁊ hoc poſt tres vel quatuor dies. q: anteq̄ mā eſſet fluxa fieret maior attractio materie ⁊ fluxus materie maior. ⁊ rō quare valet iſte eſt. q: tale gargariſma ſubtiliat materiā texture cū hoc eā enacuat. ¶ Secundo notādum ꝙ gargariſma raſ. poſt ſic formari. ℞. ſeminis ſinapis quartā.i. ſ.aceti. al. quartā ſ. melī elci quartaʒ.i. fiat decoctio clariſicata vſq̄ ad. lb.i. Ad idem vʒ hoc. ℞. radicum accoti quartā.i. aceti. ſ.i. fiat decoctio parum clariſicata vſq̄ ad.lb.i. Ad idem valet gargariſma factum ex orimelle ſquillitico ⁊ aqua decoctionis nucis muſca. ſticados ⁊ piratri. (Et mittemus eum.) Dic ponit curā ꝓ māſionem oſtendendo in qua domo debet ſtare. ⁊ dicit ꝙ debet eē domus obſcura. q: virtus viſiua eſt debilitata. q: non bʒ niſi vnum oculum. ſed ꝓ domum luminoſam āplius debilitaret ⁊ ꝓ obſcurā innaret: q: aggregant ſpiritus. rō q: i domo luminoſa aſpicit ad diuerſas ꝓtes. ⁊ in obſcuro non. ideo ꝛc. ¶ Notādum ꝙ ꝓ cura texture dʒ inberi vt patiens aſpiciat in ſpeculo de calbe vt ꝓ aſpectum ad ꝓtem contrariā rectificet eius facies ⁊ non ſolum valet ſpeculum de calbe. vex etiam quodlibet aliud. (Et precipimus). Dic ponit curā ꝓ vnuʒ quod dʒ tenere in ore. ⁊ dicit ꝙ multum valet tenere in ꝓte oris que eſt torta vnā nucem muſ. ¶ Notandum ꝙ ratio dicti eſt q: ſubtiliat ſua caliditate mām ⁊ q: confortat nervos ⁊ rōne ſtipticitatis confortat membrum. ¶ Notāduʒ ꝙ ad idem valent tales trociſci. ℞. radicum accoti quartā.i. ſ. ʒiʒʒib. al.ʒ.i. nucis muſ.ʒ.v. pulueriʒāda pulueriʒentur ⁊ quaſſanda conquaſſentur ⁊ infundātur in aqua ſalnie ꝙ dn ꝙs dies ⁊ condiatur cum melle elcō quod ſufficit ꝓ formatione trociſci ponderis.ʒ.i.ſ. ⁊ teneatur in ore. ⁊ ſi vꝑ eorum trāſglutiatur non eſt vis. imo eſt melius. ¶ Naribꝰ quoqʒ.) Dic ponit curā ꝓ ſternutationem dicens ꝙ conueniens eſt vt naribus inſufflēt condiſi vt prouocet ſternutatio. Condiſi eſt herba ſimilis ſpatule fetide. ¶ Notandū primo ꝙ ratio partis eſt q: per ſternutationeʒ expellit mā communicta texture. ideo ꝛc. ¶ Secūdo nota ꝙ loco huius valent ſternutatoria dicta ſcilicet elleborus albus piretrum euforbium caſtoreum. ⁊ ſimilia. ¶ Ad idē. ℞. ſucci aurticule muris ſcā reſidentia.ʒ.i. oppoponacis caſtorei pulueriʒati añ.ʒ.ſ. miſce ⁊ adminiſtretur cum raſcali. (Spondiles.) Dic ponit curā per inunctionem dicens ꝙ ē conueniens vngere ſpondiles faciem ⁊ colium cum oleo coſtino. ¶ Notāduʒ ꝙ debemus vngere ſpondiles colli. q: origo nervorum ad faciem venientium eſt in parte ſuꝑiori nuche in qua eſt nocumentum pncipaliter in texture. ſed valet hec vnctio q: confortat nervos ⁊ cōſumit mām. ¶ Secundo notādum ꝙ loco huius valet tale vnguentum. ℞. radicis accoti quarta.i. ʒiʒʒib. al. nucis muſ. añ.ʒ.iij. olei coſtini.ʒ.iiȷ. vini al.ʒ.iȷ. ſ. pulueriʒāda pulueriʒentur ⁊ cō quaſſanda conquaſſentur ⁊ buliant ſuper cineres calidos vſq̄ ad conſumptionem vini. coletur ⁊ colature addatur cere quātum ſufficit ⁊ fiat vnguentum ⁊ eſt ſpeciale in texture. ¶ Ad idem valet hoc. ℞. oppoponacis quarta.i. radicuʒ accoti.ʒ.iij. ʒiʒʒib. al. nucis muſ. añ.ʒ.i. trebentine.ʒ.ij. pulueriʒentē pulueriʒāda liqueſiāt liqueſienda miſce omnia ſimul fiat maſſa. poſtea extēdatur ſupra alnea vel ſupra pānuʒ de būbice ⁊ applicetur partibus ſuperioribus colli.ſ. ſpondilibus. ¶ Notāduʒ tertio ꝙ in texture cāta a paraliſi poſſunt applicari olea reſolutiua dicta vnguenta reſolutiua ablutiones reſolutiue ⁊ ſimilia. dato ꝙ non precedāt molificatiua. ratio q: mā eſt ſatis fluida ſubtilis ⁊ nō timetur ꝙ reſoluatur ſubtile ⁊ remoneat groſſaʒ. Sed in texture ſcā a ſpaſmo de repletione anteq̄ applicentur reſolutiua dicta molificatiua conueniunt. ratio q: mā in ſpaſmo eſt groſſa. ideo ꝛc. Et in hoc cōmuniter eſt magnus error medicoꝝ. ¶ Quarto notādum ꝙ vnguentum mollificatiuum competens in texture cāta a ſpaſmo eſt. ℞. mucilaginis ſeminis lini fenu greci añ.ʒ.ij. butiri ſine ſale.ʒ. ſ. pinguedinis añ.ʒ.i. olei amigdalarum dulcium.ʒ.ij. olei de lilio. quarta.ſ. cere modicuʒ. liqueſiāt liqueſienda. miſce omnia ⁊ fiat vnguentū ⁊ eſt valde bonū. (Et eſt quotidie.) ¶ Nic ponit curā ꝓ confectionem dicens ꝙ eadem die eſt ſumendum pondus aurei vnius de confectione anacardina. ⁊ dʒ dari cuʒ decoctione accoti. ratio remedij eſt q: tale electuarium prouocat ſudorem ⁊ febrem. ⁊ ideo conſumit mām texture ⁊ eſt vltime virtutis ⁊ non competit niſi quādo nō valent remedia. ¶ Notāduʒ ꝙ ad idem valet hoc. ℞. nucis muſ.ʒiʒʒi. al. añ.ʒ.iij. conſerue accoti quarta.i. ʒucheri al. quantum ſufficit ⁊ fiat electuarium ſcā ꝓtes vniuerſali enacuatione. detur.ʒ.i. quolibet mane. Ad idem valet iera bermetis. (Et ſi paſſio.) Dic oſtendit quid ſit faciendum quādo predicta remedia non conferunt q: non remouent texturā: dicens ꝙ redeundum eſt ad enacuationem ⁊ preſeruationem egri. Ratio q: ſignuʒ eſt ꝙ remāſit de mā antecedente. ideo preſeruādus eſt ne cadat in peius. ¶ Ultimo notādum ꝙ vltimum remedium eſt cauterium vnū i occipitio. aliud in venis poſt aures vel in radice mādibule in ꝓte torta. (De tortura vero.) Nic ponit curā texture facte a ſpaſmo de inanitionib⁹ excuſans ſe ⁊ dicit ꝙ non vult dicere hic de tortura que aduenit paulatine ⁊ non ſubito ⁊ cām adiungit q: talis non fit niſi in freneſi mortali. ratio q: mors iā eſt ꝓxima cum talis tortura fiat a ſiccitate humidi radicalis ⁊ reſolutōne caloris nālis ⁊ ſpirituum. ſed moriturī ſolis ſignis ꝓnoſticis ſunt dimittendi. ¶ Notāduʒ ꝙ ſignum diſtinctiuum quādo tortura fit a ſpaſmo de repletione vel de inanitione eſt. q: a ſpaſmo de repletione fit ſubito. ⁊ a ſpaſmo de inanitiōe fit paulatine. ⁊ precefferit ſigna aliqua vt febres vigilie inanitio. ⁊ cum hoc facies eſt corrugata. ¶ Dubitatur que ꝑs faciei in texture fit permutata a figura. an pars egra que bʒ ſpaſmum vel paraliſim. an ꝑs ſana. ⁊ per cōſequens cui parti debent approximari

Digitized by Google

De spasmo

remedia: an parti que apparet male figurata an parti que non apparet male figurata. Dicendum primo q̄ si tortura fiat a paralisi pars sana appet male figurata. ratio q: pars egra paralitica cadit supra partem sanam: ideo facit in parte sana malam figuram ⁊ in tali remedia debent approximari super parte que apparet bene figurata. Secundo dicendum q̄ si tortura fiat a spasmo pars egra apparet male figurata. ℞atio q: illa contrahitur ⁊ contrahit ad se partem sanam ideo facit in parte egra malam figuram: ⁊ in tali remedia debent approximari super partem que est male figurata ⁊c.

De spasmo ¶Syllanus.

n Otandum primo circa rubricam quid sit spasmus secundū Auic. secunda tertij. c. propositio. spasmus est egritudo nervosa qua monentur lacerti ad sua principia: ⁊ inobedientes sunt in dilatatione. ¶Secundo notandum q̄ spasmus est duplex. Quidam proportionatus ad materiam. ⁊ talis est duplex. s. de repletione ⁊ inanitione: ⁊ quidā est non proportionatus ad materiam. Appellatur enim spasmus proportionatus ad materiam quādo fit propter presentiam materie: vel propter absentiam materie naturalis. s. humidi radicalis. Sed appellatur spasmus non proportionatus ad materiam quando fit propter speciem nocumenti cerebro cōmunicatam. vnde fit contractio dato q̄ non fit propter nervorum repletionem vel eorum inanitionem. ¶Notādum tertio q̄ causa spasmi de repletione est tripler. s. primitiua antecedens ⁊ coniuncta. ¶Primitiua sunt res non naturales cōmunicantes vel multiplicates humiditatem in cerebro humano. s. flegma vel melācholiā vel sanguinem licet vtplurimum flegma. vt cibi flegmatici potus superfluus crapula somnus superfluus quies. ⁊ sic de alijs rebus nō naturalibus. Coadiuuātes sunt complexio frigida etas ⁊ regio frigida. Antecedens ē humor imbibitus in nervis anteq̄s faciat cōtractionem ⁊ vtplurimum est flegma licet ēt posset esse melancolia vel sanguis vel colera licet raro. Cā coniuncta sunt illi met humores imbibiti in porositatibus nervorum qui actu faciunt spasmū. ¶Quarto notādum q̄ cā spasmi de inanitione similiter est tripler. s. primitiua antecedens ⁊ cōiuncta. ¶Primitiua sunt res non nāles extrinsece manientes ⁊ consumentes humiditatem nostri corporis sicut cibi assi angustia ira ⁊ tristicia. Cā antecedens est mala complexio sicca consumens humiditatem vel calida ⁊ sicca vt febres ardentes sicut causon. vel melancolia vel complexio frigida fundata in nervis. Cā coniuncta est ipa mala complexio sicca actu inducens contractionem in nervis vt patet in corrigia posita inpta ignem vel solem. ¶Quinto notādum q̄ cā spasmi non proportionati ad materiaz est dolor catus in nervo vel propter pūctura cū stilo vel acu vel similibus. vel propter punctura scorpionis vel similibus. vel propter frigiditatem congelātem nervum vel lacertum ex quibus contrahitur nervus versus cerebrum. ¶Sexto notāduz q̄ differentia est inter spasmum epilepsiā ⁊ singultum paralisim tbethanum ⁊ cuzez. Et differunt spasmus. ⁊ epilepsia. q: in epilepsia est cōtractio omnium nervorum in spasmo vero vnius membri. ⁊ q: non contingit ex nocumento cerebri. sed ex nucha ⁊ p̄m q̄ fit in alia ⁊ alia parte ita fit contractio in alio ⁊ alio membro. Secundo differunt q: licet in epilepsia fit contractio sicut in spasmo. postea tamē fit dilatatio. mā consumpta. sed in spasmo non fit dilatatio nisi fiat enacuatio. Tertia differūt q: epilepsia est egritudo portissimalis. spasmus vero non. Differunt spasmus ⁊ singultus q: n singultus qui est passio stomachi quānis prius fiat cōtractio stomachi. post remouetur per expulsionem materie sine sit flegma sine vētositates vel vapor eleuatus ad os stomachi. sed in spasmo non nisi veniat ad curā. Secundo differunt q: singultus nō est passio nervorum sed la certorum ipsius stomachi sed spasmus est passio nervorū. Differunt spasmus ⁊ paralisis q: in paralysi est membri elongatio i spasmo p̄m longū abbreuiatio. ratio q: mā spasmi est grossa dilatās nervos ⁊ per consequens abbreuiās p̄m longum sed in paralisi est mā fluida aquosa subtilis relaxans. Differunt spasmus ⁊ tbethanus q: tbethanus est egritudo officialis prohibens virtutem motiuam a contractione nervorum de quorum aptitudine est vt contrahantur propter nocumentum in nervis ⁊ lacertis. ⁊ spasmus est egritudo qua monentur lacerti ad sua principia ⁊ inobedientes sunt in dilatatione. Secundo differunt q: tbethanus est propie quādo lacerti anteriores ⁊ exteriores equaliter tenduntur ⁊ sic membrum est censuz. sed spasmus dicitur fieri quando nervi vel lacerti contrahuntur solum ad vnaz partem tātum ⁊ sic membrum stat contractum. Conueniunt tamen q: fiunt ex eisdē causis. Differunt spasmus tbethanus ⁊ cuzez fit a ventositate grossa dilatāte nervos ⁊ lacertos. sz tbethanus ⁊ spasmus sunt a mā humorali. ⁊ cuzez non est nisi spasmus particularis. s. in oculo vel palpebra ⁊ talis appellatur grāphos. tamen solet cuzez seu alcuzez sumi pro eo idem quod spasmus vel tbethanus. Septimo notādū q̄ in spasmo possumus considerare vel motum malum contractum ⁊ sic est accidens vel malā figuram que consequitur ex tali motu vel oppilatione ⁊ sic est egritudo. Et ideo aliqui auctores dicunt q̄ est accidens. alii qui q̄ est egritudo. non est cura de hoc. ¶Dubitatur in qua etate magis accidit spasmus. Dicendum primo q̄ in pueritia. ℞ama cā est multitudo humiditatis existentis i pueris vnde potest libere finere ad nervos. Secunda cā ē raritas nervorum ⁊ mollicies vnde facilius recipiunt materiā. Tertia cā est malicia regiminis vnde generatur humiditas flegmatica ⁊ ibibitur i nervis. ¶Dubitatur vtrū sicut in spasmo aufertur motus ita auferatur sensus. Dicēdum q̄ non quia maior quantitas spirituum requiritur ad sensum q̄ ad motum. ideo ⁊c. ¶Almansor.

c Ām aliquod membrū alicuius ptrahit ⁊ ad suā redit originē aut plura ex membris sic disponunt ipsa spasmata eē, pnunciabimus. spasmus autem subito aut paulatim innadit. ¶Syllanus.

¶Hic determinat de spasmo ⁊ diuiditur in tres. ℞imo ponit signa. Secundo notificat species spasmi. Tertio ponit curā. Secunda ibi. (Spasmus autē.) Tertia ibi. (Sz spasmo.) De prima dicit q̄ quādo aliquod membrū contrahitur ⁊ redit versus suum principiū. s. versus cerebrū. vel si plura membra sic disponātur dicendum est q̄ fit spasmus. ¶Notandum cā quare fit contractio in spasmo est propter mām grossam contentā in nervo que dilatat nervum ⁊ abbreuiat p̄m longum. ¶Secundo notādum q̄ signa spasmi de repletione sunt. q: talis aduenit subito ⁊ aparēt signa repletionis. Sz signa spasmi de inanitione sunt. q: fit paulatim ⁊ ex successiōe egritudinum enacuātium. ⁊ successione enacuatōnis facte per medicinā vel per se. ⁊ sic de alijs causis. ¶Tertio notādum q̄ signorum spasmi. q̄dam sunt pronostica ⁊ quedā demonstratiua. ℞pronostica sunt vt tremor ⁊ stupor membri. diminutio motus per longum tempus. Demonstratiua sunt vt actualis contractio nervorum versus suā originem cum nepitudine dilatatiōis. Quedā sunt signa salutis vt receptio motus membri ⁊ dilatatio eius. (Spasmus autez.) ¶Hic ponit species spasmi dicēs q̄ spasmus quidā fit subito quidā paulatim. ¶Notāduz q̄ spasmus diuiditur dupliciter. ℞imo penes figurā ⁊ sic est tripler. ℞imus in quo nervi cōtrahūtur versus partem domesticā vel āteriorem. ⁊ est quādo nocumentum est in partibus anterioribus ⁊ vocatur antistonus. Secundus est in quo contrahuntur nervi versus partem posteriorem vel silnestrem ⁊ est quādo nocumentum est in nervis partis posteriors ⁊ vocatur prostonus. Tertio est in quo contrariātur ex vtraq̄ parte ⁊ tunc membrum stat erectum. ⁊ est deterior ⁊ difficilious cure ⁊ vocatur tbethanus. ⁊ pro tāto auctores faciūt capitula distincta. Secūdo modo diuiditur spasmus p̄m cām. ⁊ sic sunt tres species spasmi. Una est ex repletōne. s. ex humore imbibito in porositatibus nervorum vtplurimum flegmatico ⁊ aliquādo ē dispersus ⁊ aliquādo aggregatur in va pte

Digitized by Google

De ſpaſmo

& fit apoſtema. Secunda ſpecies ē ex inanitione & fit ex trū ſumptione humiditatum ſubſtātialium membrorum paulatim. Tertia ſpecies eſt a rebus inducentibus nocumentum in mēbris ſubito & dicitur non proportionatus ad materiā & tunc in generali ſunt quatuor. ¶Prima eſt fortis frigiditas introducta in nervis & reducitur ad ſpaſmū de inanitione. Ratio q: illa frigiditas cōdenſat humiditatem nervorum & ſic ea minoratur. & ſimiliter etiam in illa condenſatione aliquid de humiditate exprimitur & fluit ad extra & ſic minoratur. Aliqui tamen reducunt ad ſpaſmum de repletione. Secunda cauſa illius ſpaſmi ſunt vermes mordicantes os ſtomachi inducendo nocumentum vnde virtus ſentiens contrahitur & ille reducitur ad ſpaſmum de inanitione q: ratione contractionis aliquid effluit. Tertia cauſa ē motus animalis venenoſi & reducitur ad ſpaſmum de repletione: q: humiditas mala cauſata ab illo animali imbibitur in nervis. Quarta vero cā eſt dolor: q: virtus ſentiens nocumentum contrahit nervos & talis reducitur de per ſe ad ſpaſmum de inanitione: q: eāz nervi contrahuntur: tūc pp dolorem aliquid effluit de humiditate nervorum ſed p accidens reducitur ad ſpaſmū de repletione. ratio q: ad loāz doloris humores ibidem ſunt i nervis. ¶Almanſor.

¶Spaſmo autem ſubito euenienti eadem preparanda eſt cura quam in paraliſi conferre diximus. In eo tamen fricatione manuum & inunctiōe ex oleo coſtino plꝰ vtimur. ¶Syllanus.

¶ Ponit curam per medicinaꝫ ⁊ diuidit̄ in duas. ℘ Pri/mo facit hoc. Secundo imponit finem. secunda ibi. (De curis oculorum.) De prima dicit q̄ in fistule cura inuentū est medicamen quod approximatū sic curabit vt videatur sanus. Secundo ponit descriptionem. ℞. aloes thuris sar/cocolle sanguinis draconis balaustie antimonij aliis oium añ. partes equales ziniar quantum est quarta pars ipsius. fiat ex eis fief ⁊ cum necesse fuerit fistula in tantū p̄matur vt quicquid saniei in ea cōtinetur egrediatur. deinde infir/mus super latus in quo non est fistula iaceat ⁊ de dicto fief aliquid dissoluatur in aqua de qua i angulo lachrymali tres gutte vel quatuor p̄sciantur. Tertio dicit q̄ hoc debet fie/ri per hebdomadā sic tamen q̄ fiat omni die ⁊ q̄ inter vnā guttam ⁊ aliam cadat spacium. ratio remedij quia consu/mit cōsolidat ⁊ carnem generat. ¶ Notandum q̄ cura fi/stule est duplex. quedam vera ⁊ quedam non vera. ſ; blā/ditia ⁊ fit consolidando superiora quod fit per deficcatiua. ⁊ de his effet medicamen rasis. Cura vera perficitur qua/tuor intentionibus. ℘ Prima intentio est aperire foramen. Secunda est mundificare fistulam. Tertia est remouere callositatez que est in fundo. Quarta est regeneratio carnis ⁊ consolidatio. ℘ Prima intentio perficitur implendo fora/men cum gentiana vel cum medulla sambuci. Secunda in/tentio cum hydromelle facto cuꝫ melle ros. colato ⁊ aqua rute ⁊ vino stiptico ⁊ si non habetur vinum stipticum per se bulliant in eo ros. ⁊ si sentiretur ardor ex mundificatione fistule distilletur intra fistulam albumen ou. Ad idem fo/mentetur locus cū spongia infusa in aqua decoctionis gal/larum ⁊ sumach ⁊ modico mellis. Tertia intentio potest perfici cum cauterio. ſ. ferro. Similiter potest perfici cum medicinis. ⁊ ꝫ possint esse multe tamen fiant specialiter ali/qua. ℘ Prima est. ℞. ammoniaci attrameti viridis eris can/taridarum. remotis capitib⁹ ⁊ alis salis ammoniaci auripig/menti calcis vive aliis añ. ʒ. i. subtiliter pulnerizentur ⁊ in/corporentur cum vrina pueri virginis in vmbra ⁊ deficcen/tur ⁊ ponatur modicum in fistula quolibet mane. Ad idez ℞. foliorum rute celidonie agrimonie añ. M. ſ. cōquas/sentur ⁊ bulliant in tribus libris aque ardentis quousq; re/deant ad quar. i. ſ. coletur ⁊ colatura fernetur ⁊ vna gutta vel due imponantur. ⁊ talis fit per gordonium. Ad idez. ℞. ʒ3. al. ʒ. ii. ⁊ pulnerizētur subtiliter ⁊ bulliāt i vase i quo fit dissolutum mell. ʒ. ſ. vsq; quo veniat ad spissitudinez vn/guenti. Ad idem. ℞. olei vetustioris quod possit regi/ti vini boni veteris ⁊ electi añ. lb. ij. litargirij subtiliter pul/nerizati ⁊ cribellati. lb. i. coquant̄ illa simul in cazola p̄ diez vnam integram donec nigrum ⁊ relucens fiat. deinde de/illo fiant tente ⁊ ponant̄ in fistulis. De p̄prietate enim era/dicat fistulam ⁊ deficcat. Quarta intentio que est regenera/tio carnis ⁊ cōsolidatio perficitur sic. ℞. aloes olibani sar/cocolle nutrite in aqua feniculi subtiliter pulnerizator añ. ʒ. ij. olei ros. ʒ. ij. cere quantū sufficit ⁊ fiat vnguentum. Ad idem. ℞. pulneris radicis ireos. ¶ Secundo notandus q̄ vltra duo predicta sunt alia duo singularia in cura fistule, primū est potio. ℞. foliorꝝ agrimonie foliorum rute folio/rum olive. añ. M. ij. cōquassentur ⁊ bulliat in lb. iij. vini al/bi ad cōsumptionem vnius lb. coletur ⁊ colatura adminis/tretur. Ista etiam potio curat omnem fistulam cōtinuata in quocūq; loco fuerit. Ad idem. colligatur agrimonia cuꝫ oratione dñica portetur ad collum ⁊ curat fistulam. (De curis.) De curis oculoꝝ quātū fuerit necessariū dictū est. Secundo dicit q̄ alia que debent curari per ferrum ⁊ per chirurgiā hic dimittant̄. Tertio dicit q̄ quedā ex eis sunt que continentur in his que dicta sunt de decoratione ⁊ de cōservatione sanitatis. ¶ Notandum q̄ ꝫ Rasis nō dicat de dieta debet tū abstinere a salsis acutis ⁊ mlicis ⁊ flegmaticis ⁊ vino forti ⁊ aceto. ratio patet.

¶ De dolore qui fit in aure.

¶ Syllanus.

c Circa rubricam est notandum q̄ triplex est no/cumentum q̄ fit in aure. sine actio lesa auris est triplex. ſ. diminuta ablata ⁊ corrupta. Di/minuta est quando percipitur sonus sicut est ꝫ diminute ⁊ est quando non audit nisi fortiter clamantem. Ablata est quando nullus sonus percipitur: et vocatur surditas. Corrupta est quando percipitur soni⁹ extra quinon est. ⁊ sic percipitur obiectū aliter q̄ est. vel quādo corrumpitur bona proportio ad obiectum vt in sono boni/bili. vel quando corrumpitur bona compositio membri vl bona complexio vel bona vnio. ¶ Secundo notandum q̄ causa doloris auris est duplex. ſ. mala complexio ⁊ solutio cōtinuitatis. Mala complexio est duplex. quedam est cuꝫ materia ⁊ quedam est sine mā vt caliditas frigiditas ⁊c. Mala complexio cū materia faciens dolorem auris ē du/plex. quedam a causa extrinseca vt frigore vel vento. q̄daz causantur a causa intrinseca: ⁊ hec est duplex. q; quedam est cum apostemate. ⁊ quedam sine apostemate. Sine aposte/mate potest fieri ex quolibet humore. ſ. ex sanguine chole/ra flegmate ⁊ melancolia ⁊ similiter cum ventositate. Sed cum apostemate vel calido vel frigido. sed solutio cōtinui/tatis est duplex. quedam causatur a causa extrinseca vt a ca/su vel percussione. quedam a causa intrinseca. ⁊ ℔ est duplex. q; quedam causatur ex ventositate ibi existente: vt in tinitu vel sonitu: quedam a malo humore cor rodēte. Tertio no/tandum q̄ signa doloris auris ꝓuenientis a causa extrinseca habentur ex relatione infirmi. Signa dolons auris ex cali/ditate sine materia sunt. quia primo sentitur calor. secundo quia leditur a calidis. tertio est lenitas. Ratio patet. Signa quando fit a frigiditate sine materia sunt: quia primo sentit frigiditas. secundo quia leditur a frigidis. Tertio est leni/tas auris. ratio patet. Signa quando fit a sanguine sine apo/stemate sunt rubedo faciei gravitas capitis. ⁊ frontis pul/satio vehemens. inflatio venarū tempo:ū ⁊ frontis. sensa/tio saporis rei dulcis in linguasine presentia eius. Signa q̄ fit a cholera sunt dolor acutus mordicativus. citrinitas fa/ciei ⁊ loci: amaritudo lingne. ⁊ vomit⁹ cholericus. Ratio patet. Signa quando fit a flegmate sine apostemate sūt do/lor remissus gravitas capitis: fuscedo ⁊ albedo faciei ⁊ loci ⁊ insipiditas lingne. ratio patet. Signa quando fit a melan/colia sine apostemate sūt dolor capitis aggravatiꝰ: fuscedo

faciet ꝛ loci insipiditas lingue. ratio patet. Signa quando fit ab apate sunt dolor subito adueniens ꝛ febris ratio p atet. Signa quando fit ab apostemate cholerico sunt dolor intolerabilis producens aliquãdo ad phrenesim ꝛ punctura cũ mordicatione ꝛ vigilijs. inquie tudo ꝛ mala tolerantia patientis. sitis ꝛ febris acuta. Signa quãdo vẽit ab apate flegmatico sunt febris lẽta dolor grauatiuus dolor remissus. ratio patet. Signa quando fit a solutione continentis sunt gauenit cum punctura ꝛ mordicatione dolor auritum fortissimus. ratio patet. ¶Almansor.

J cum dolore qui fit in aure fuerit in facie inflatio ꝛ pulsatio. ex cephalica erit minuendus. ꝛ oleum ro. ꝛ oleum de floribus salicis tepidum cum pauco aceto est imittendum. lac quoque ita calidum vt ex mãmilla egredit imittendum erit multotiens. Ueter preterea ex mirobal. citrinis ꝛ scamonea ꝛ aloe vehemẽter solnatur. qõ hoc modo fit. ℞. mirobal. citri. ʒ.xx. ꝛ puluerizate in duabus lib. aque coquantur donec ad duas tertias vnius lib. redeant. ꝛ colentur. post hoc sumantur aloes. ʒ.i. scamonee. vi. pars. ʒ. vnius. aggregentur cũ rob ỏ citoniis ꝛ fiant ex eis pillule que per duas horas ãn decoctionem sumantur deinde bibatur decoctio. ꝙ si dolor nõ quieuerit parum opij in oleo ros. resoluti in aurem mittatur. ¶Syllanꝰ.

¶Determinat de dolore q fit in aure ꝛ diuidit in duas. ℙrio ponit curã eius q fit ab humorali materia. Scõo eius qui fit ex vẽtositate. secũda ibi (Si ãt cum). ℙria i duas. prio ponit curam eius qui fit a materia calida. scõo eius q fit a materia frigida. scõa ibi (Cũ ãt dolor.) ℙria in duas. primo ponit curã a materia calida ꝓueniente sine apate. secundo põit curã eius qñ fit cũ apate. secunda ibi (Et si pulsatio). ℙrima in duas. prio põit curã qñ dolor ẽ debilis. scõo qñ dolor ab apate calido est fortis. secũda ibi. (Õ si dolor). ℙrima in duas. q prio ponit curã ꝙ flebotomia ʒ scõo per medicinã laxatiuã. secunda ibi. (Ueter ꝓterea). ℙrima in duas. prio facit hoc secũdo põit curã p localia. scõa ibi. (Et oleũ ros.) De prima dicit prio ꝙ si cũ dolore qui sit in aure appareant ẽia signa. ℙrimũ inflatio. secũdum pulsatio. argũẽdũ est ꝙ sit a sanguine. Secũdo dicit ꝙ in tali casu ʒ fieri flebotomia a cephalica. ¶Notandũ ꝙ ratio signorũ ꝑs. sed rõ remedii ẽ q: per flebotomiã factã ex cephalica enacuatur sanguis faciẽs malã cõplexionẽ siue dispõnẽ. ꝛ ʒ fieri flebotomia ex cephalica eiusdẽ partis qñ intẽtio est enacuatio. sed de cephalica cõtrarie partis qñ intentio est diuersio. (Et oleũ.) Hic ponit curã p localia ꝛ prio dicit ꝙ oleũ ro. ꝛ oleũ de salicibus cũ pauco aceto in aurẽ est mittendũ. Secũdo dicit ꝙ lac calidũ vt extra bitur de mãmilla sepe auribus est instillandũ. rõ vtriusq; ꝑs q: habent remouere malã cõplexionem calidam. ꝛ per consequens sedare dolorẽ. quare ꝛc. ¶Notandum ꝙ ad idem valet iniectio albumis ou bene agitati. Ad idẽ valet oleum viol. cũ modico camphore. ¶Secundo notandũ ꝙ ad iniectionẽ que fit in aure requiritur. ℙrimo ꝙ illud qõ injicitur non sit frigidũ. q: omne frigidũ est inimicũ nature. Itẽ ꝙ nõ sit calidũ q: resolueret ꝛ caloꝛẽ ꝛ aerẽ cõnaturalẽ aure. Secundo requiritur ꝙ injiciat in parua quanti tate qõ est ne remaneat aliquid intra. Tertio ꝙ stet modico tpe q: non debet stare vltra tres horas ne illa bũiditas corrumpatur. Quarto anteq̃ vnũ injiciatur aliud expellat. Quinto ꝙ ad hoc vt illud qõ injicitur in aurem mozeꝛ patiens iaceat supra partem sanam. ¶Tertio notandũ ꝙ anteq̃ aliquid injiciatur corpus sit mundificatũ bene dicit ꝓpter periculũ ꝛ cõtra fit oppositũ ꝛ potius ꝓcedendũ est cũ suffumigationibus ꝛ emplastris. (Uenter.) ponit curã per medicinam laxatiuã dicens ꝙ ʒ fieri enacuatio cũ mirobal citrinis cum scamonea ꝛ aloe. Secũdo ponit descriptionem que talis est. ℞. mirobal. citrinorum. ʒ.xx. puluerizẽt in lib. ii. aque coquantur donec redeat ad duas tertias vnius lib. colentur postea sumatur aloes. ʒ.i. scamonee sexta pars vnius. ʒ. conficiatur cũ rob de citonijs ꝛ fiant ex eis pillule que per duas horas ante potionem sumanꝫ. verum est ꝙ talis practica non est in vsu. ¶Notandus ꝙ dicum Rasis maxime verificatur qñ materia est calida colerica. Ratio est quia hec medicina enacuat colerã. ¶Secundo notandũ ꝙ ad idẽ valet enacuatio facta cũ aqua decoctionis prunorũ tamarindorũ mane ꝛ similium. vel cuꝫ aqua decoctionis prunorum ꝛ renbarbari. Tertio ad idẽ valent clysteria lenitiua ꝛc. (Quod si dolor.) ponit curam qñ dolor est fortis dicens ꝙ nisi dolor quieuerit parũ opij in oleo ro. dissoluti debet poni in aure. Ratio quia stupefacit ꝛ remouet dolorem quia remouet sensationem ꝛ ẽ cura periculosa. ¶Almansor.

¶Et si pulsatio redierit ꝛ tribus diebus perseuerauerit oleum fisaminum in quo anatis aut galline adeps fuerit resolutus in aurez sepe mittatur. ibi namq; est pustula que maturatione indiget. ¶Syllanus.

¶Ponit curam prouenientis ex apostemate calido. ꝛ diuiditur in duas. primo facit hoc. secundo docet cognoscere quando est generata sanies. secunda ibi. (Cum autem dolor.) De prima dicit ꝙ si pulsatio redierit ꝛ durauerit tribus diebus oleum fisaminum in quo adeps galline fit dissolutus vel anatis sepe in aurem injiciatur. Uerificat se quia ibi est pustula que indiget maturatione. ¶Notandum ꝙ in dolore auris ex apostemate sanguineo primo conuenit enacuatio per flebotomiã ex cephalica in brachio vel manu. vel ventosatio in collo ꝛ in spatulis. deinde enacuatio cum medicis statim dictis. ¶Secundo notandum ꝙ medicine apostematum auris differunt in duobus a medicis aliorum apostematum. ℙrimo in repercussiuis. non enim competunt repercussiua ne materia repercutiatur ad cerebrum. Secundo in maturatiuis quia maturantia aliorum debent esse calida ꝛ humida potentia. sed illud auris debet esse parum ficcum cum caliditate ꝛ humiditate secundum Galenuꝫ sexto de ẽgenio sanitatis secũdo capitulo. ¶Notandum tertio ꝙ quando est pulsatio signum est ꝙ ibi est generatio saniei. nam in generatione saniei fit ebullitio ꝛ ꝙ consequens pulsatio ꝛ pro tanto competit medicamen maturatiuum dictum. ad idem potest fieri hoc emplastrum. Recipe farine subtilis frumenti quartam. ʒ. mucilaginis seminis lini fenugreci. ana. ʒ. ʒ. pinguedinis anguille dẽ assatur litargirj cerusse olibani an. ʒ. ʒ. pulueriz̃entur. aceti ʒ.i. ʒ. olei fisamini quantum sufficit pinguedinis anatis. ʒ.i: ʒ. fiat emplastrum medio criter liquidum ꝛ potest applicari ad extra ꝛ potest poni in aure. ad idem. ℞. radicis malue naniscí numero. vii. decoquantur ꝛ extrahuntur ab eis lignum quod in medio existit ꝛ incidatur frustatim. postea contundantur cum pilo ꝛ incorporentur cum farina fenugreci ꝛ seminis lini ꝛ butiro ꝛ seminis aneti. ꝛ flore camomille ꝛ fiat emplastrum. ¶Ad idem. ℞. mucilaginis malue naniscí seminis lini seminis fenugreci an. ʒ.iii. incorporentur cum cepe lilij cocto ꝛ cum. ʒ.i. seminis aneti ꝛ cuꝫ ʒ. ii. floruꝫ camomille. ꝛ lib. ʒ. butyri ꝛ fiat emplastrum ꝛ ponatur supra aurem calidum. ¶Quarto notandũ ꝙ si fuerit apa frigidum quia ratis non ponit curam. primo cerebrum debet purgari cum pillulis cochijs. ꝛ si corpus fuerit plenum post purgationem fiat phlebotomia de cephalica vel ventosatio in spatulis intra aurem ponatur oleum de spica calidum vel oleum de amigdalis amaris supra aurem põatur emplastrum quod sic fit. ℞. capita allij cocta numero quatuor ꝛ cepas coctas in prunis vel in igne quatuor pistẽtur perfecte postq̃ mundate fuerint ꝛ incorporentur i. ʒ. vel. v. vitellis. onorũ ꝛ ʒ. iii. butyri vel exũgie porcine. ¶Ad idem. ℞. absinthij cocti ꝛ contusi. lib. ʒ. ꝛ incorporentur cum mucilagine seminis lini ꝛ fenugreci cum ʒ. iii.

Digitized by Google

De dolore auris

mellis ⁊ cum aspitibus quatuor alijs cocti ponatur super aurem est enim bonum. ¶Almansor.

¶Cum autem dolor quieuerit putredo iaʒ tūc colligera erit. ideoqʒ plus subito ex insperato de aure egreditur. ¶Syllanus.

¶Docet cognoscere qñ sanies est generata dicens ꝙ vbi dolor quieuerit tunc sanies est generata. ⁊ signum ē ꝙ postea subito egredietur de aure. ¶Notandum ꝙ facta sanie remittitur dolor: quia remittitur ebullitio in materia ⁊ solutio continuitatis non fit magna ⁊ propter hoc dicit assolsimus secunde particule. ¶Circa generationē saniei dolor ⁊ febres magis accidunt ⁊c. ¶Almāsor.

¶Cum autem dolor in aure fit post fastidiosaʒ sacietatē. aut post ventos frigidos oleum i quo ruta aut cepe cocte fuerint in aure distilletur. ⁊ si hoc nō suffecerit oleū in quo turbith coctū fuerit distilletur. aut oleum de lilio sumatur ⁊ cuiqʒ ℥. i. ex ea misceatur euforbii recentis. ʒ. i. ſ. castorei. ʒ. i. ¶Syllanus.

¶Ponit curā doloris facti a materia frigida ⁊ diuidit in duas. primo ponit curā per localia. Secundo per enacuationē. secunda ibi. (Sed si hoc. prima in tres ſm ꝙ tria localia ponit. secunda ibi. (Et si hoc. Tertia ibi. Aut oleum. ¶De prima dicit ꝙ vbi dolor proueniet in aure post fastidiosam satietatem. aut ventos frigidos oleum in quo ruta aut cepe cocte fuerint distilletur in aurē. ratio quia calefacit ⁊ consumit materiā ⁊c. (Et si hoc. ponit secundum locale dicens ꝙ si predictū non sufficiat oleum in quo coctuʒ fuerit turbith debet distillari in aurem. rō qz non solum consumit immo ⁊ enacuat materiam. (aut oleum). ¶Ponit tertium locale dicens ꝙ fundatur oleum de lilio ⁊ vnciqʒ. ʒ. i. de eo misce euforbii recētis. ʒ. i. ⁊ castorei. ʒ. i. rō qz resoluit ⁊ consumit materiam. ¶Notandum ꝙ inter alia succus fraxini ita ꝙ ponatur in vna petia magna supra ignem ⁊ quod distillabit valet. ¶Ad idem succus rute cū modico mellis. ¶Ad idem oleuʒ coloquintide vʒ. Almā.

¶Sed si hoc non suffecerit venter ex pillulis cochiis soluatur. patiens quoqʒ balneum ingrediatur in quo sudet. vinum quoqʒ vetus ⁊ forte ei tribuatur. ¶Syllanus.

¶Ponit curā p enacuationem ⁊ diuiditur in tres. primo ponit curam per enacuationem. secūdo per balneū. Tertio per potum. secūda ibi. (patiens quoqʒ. Tertia ibi (Vinum quoqʒ. De prima dicit ꝙ si p̄dicta non sufficiant. venter cum pillulis cochiis debet enacuari. Ratio qz signum est ꝙ ibi sit materia que non potest consumi cuʒ predictis. sed pillule cochie enacuant predictam materiam. ¶Notādum ꝙ ante approximationem dictarū pillularum debet approximari diſtestinum dictum in cura doloris capitis p̄ venientis a phlegmate. (patiens. ponit curam per balneū dicens ꝙ vinum forte ⁊ antiquum debet exhiberi. ¶Notandum ꝙ hoc conuenit facta enacuatione. rō quia resolvit tunc ⁊ consumit residuum materie remouet malam complexionem frigidam sed ante enacuationem non conueniret quia dissolueret materiam in capite. sed tunc competit aqua mellis. ¶Almansor.

¶Si autem cum dolore auris sonitus ⁊ tinnitꝰ fuerint aqʒ ventositas panicum siue milium in sartagine torrefactū calidum multoties superponatur. Auris quoqʒ super vaporem aque in qua fint cocta mentastrum ⁊ sticados arabicꝰ ⁊ sansucus teneatur. De castoreo preterea ⁊ euforbio in oleo sambucino dissoluns quorū vnū quodqʒ quatuor. gra. ordei ponderis in aureʒ mittatur. ¶Syllanus.

¶Ponit curam quando dolor auris prouēit a vētositate ⁊ diuiditur in tres ſm ꝙ tria ponit localia. secūda ibi. auris quoqʒ. Tertia ibi. (De castoreo. De prima dicit ꝙ si cuʒ dolore auris sit sonitus ⁊ tinitus ⁊ ventositas. tunc panicū vel milū assatuʒ in sartagine super aurem dʒ poni. ¶Notandū ꝙ panicū vel milū assatur vel torrefit vt aliqua humiditas resoluatur. ⁊ tunc ratio remedij est quia hoc calefactorium est exiccatiuū. ideo ⁊c. ¶Ad idem valet calefactorium ex farfare ⁊ sale mixtis ⁊ calidis. ¶Ad idem valet saccul⁹ factus ex bethonica ficca. (auris quoqʒ. ponit localia dicens ꝙ auris debet poni supra vaporem aque in qua cocte sint mentastrum sticados arabicum ⁊ sansucus. ratio qz talis suffumigatio est causa resolutionis ventositatis. (De castoreo. ponit curam per aliud locale. dicens ꝙ de castoreo ⁊ euforbio quantum ponderāt quatuor grana ordei debent poni in oleo sambucino ⁊ dissolui ⁊ in aurem poni. ¶Ad idem oleum de aneto in quo castoreum sit dissolutum aut euforbium. ¶Ad idem oleum nardinum ⁊ omnia ista olea. ſ. oleum sansuci. oleum de ruta. oleum camomille. oleum de amigdalis amaris. oleum anetinū. oleum laurinum. oleum de psilio. oleum de narciſco. oleū de perſicis. oleū de crbysomil. oleum de ben. oleum de kerna. oleum pugillinum. oleum de cinamomo. oleum de nucibus ⁊ cetera.

¶De vlcere quod fit in aure. ¶Syllanꝰ.

Otandum circa rubricam ꝙ causa viceris est tripler. Una est apostema er, cuius ruptura sanies remansit in aure ⁊ per consequens vlcus Secunda est humiditas superflua descendēs a cerebro ad aurem que digeritur a natura ⁊ i sanie conuertitur. Tertia est debilitas virtutis imitatiue auris non potentis conuertere nutrimentum ta sui naturā ⁊ remanet humiditas ⁊ fit sanies. ¶Secundo notandum ꝙ signa viceris in aure sunt dolor acutus cum acuitate ⁊ granedine ⁊ feto: ⁊ quod sanies egreditur a loco. ratio patet. ¶Almansor.

Am plus ab aure egreditur hydromel tepidum multoties in vna die in aure ē distillandū. Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc est imittendum. ꝙ recipe sarcocolle aloes ⁊ sanguinis draconis thuris squame ferri ziniar. omnia in acero dissoluantur ⁊ in aurem mittantur aut licinium melle illinitur i predictis intinguatur. ⁊ fic imittatur. patiēs ita qʒ ex hoc medicamine ⁊ hydromelle medicetur donec sanus fit. ¶Syllanus.

¶Hic determinat de vlcere auris ponendo curam. ⁊ diuiditur in duas. primo ponit curam per medicamen mundificatiuum. Secundo per medicamen consolidatiuum. secunda ibi. (Deinde hoc.) De prima dicit ꝙ vbi sanies egrediatur ab aure multoties hydromel tepidum in vna die est auribus instillandum. ¶Notandum ꝙ auris potest mundificari a sanie dupliciter. primo cum applicatis ad intra. primum est hydromel. Secundum est succus foliorum oline cum melle. ⁊ dicit auice. ꝙ est vltimum. Tertium est aqua decoctionis piscium salsorum. Quartuʒ est vinum decoctionis herbonice. Quintum est succus serpētarie cum melle. ¶Secundo potest mundificari cum applicatis ad extra trabentibus saniem. Et vna descriptio est hec. ℞. galbani. ʒ. ii. armoniaci terebētie cere aā. ʒ. ſ. serapini. ʒ. ii. succi cepe. ʒ. i. ſ. myrrhe castorei ana. ʒ. i. pulueriʒanda pulueriʒentur misce omnia malaxando cuʒ oleo, laurino ad modum ceroti. (Deinde hoc. ¶Hic ponit curā per medicamen consolidatiuum dicens ꝙ post mundificationem debet fieri tale medicamen. ℞. sarcocolle aloes sanguinis draconis squame ferri. ziniar: thuris: omnia in ace/

Digitized by Google

to diſſoluantur ⁊ in aurem mittantur. aut licinium melle ſi linitum in predictis imergatur. ℂ Notandum ꝙ ſi ſanies ⁊ vicus puenīat a materia calida cōpetit tale cōſolidatiuū. ℞. ſquame ferri frixe in ſartagine extincte quinquies i aceto acetum innouando. ʒ. ii. olei roſ. quartaʒ. i. aceti. ʒ. vii. cere. q. ſufficit. fiat vnguentum ⁊ tenta infuſa auri īponatur. vel bulliat in oleo roſ. ⁊ modico aceti ⁊ de colatura mittatur in aurē vna gutta in die. ℂ Si materia fuerit frigida cōuenit tale conſolidatiuum. ℞. myrrhe. ʒ. ii. caſtorei aloes aā. ʒ. ſ. olei laurini quartaʒ. ſ. aceti. ʒ. v. cere quantum ſufficit ⁊ fiat vnguentum. ℂ Si aūt fit facta fiſtula in aure pijciatur fel thauri cum vrina pueri virginis. vel vinum decoctōis olybani albi. ⁊ illud expertuʒ eſt. ℞. vini rubei mellis aā. ʒ. ſ. elli. al. ʒ. i. ſ. miſce ⁊ tenta in eo infuſa in aurem mittatur vel ea que dicta ſunt in fiſtula oculi valēt. ℂ Secundo notandū ꝙ ſepe purgare vicus auris omne ſine nouum ſine antiquum fuerit cuʒ vnguento apoſtolorū innat.

ℂ De ſonitu ⁊ tinnitu. ℂ Syllanus.

Circa rubricam eſt notandum ꝙ inſtrumentuʒ auditus eſt duplex. quoddam eſt deſcendens a cerebro ad aurē ſpūm deferens animalem. ⁊ dicuntur nerui auditiui. Quoddam eſt recipiens ⁊ eſt auris cū aere exiſtente cōnaturali in ea. ℂ Secūdo notandum ꝙ ſonitus ⁊ tinitus eſt cōmotio aeris cōnaturalis in aure exiſtente ⁊ eſt corrupta actio auditus. quia percipitur extra eſſe quod non eſt. ℂ Notanduʒ tertio ꝙ cauſa ſonitus ⁊ tinitus aut eſt exterior aut interior. ſi exterior ſic eſt oē illud quod monet aurem violenter ⁊ cū impetu ſicut ventus reciſus vomitus curſus laboriosus circūuolutio crapula ebrietas multiplicatio ciborum indigeſtibilium caſus fames anguſtia ⁊ ſimilia. ℂ Si cauſa ſit intrinſeca cauſa eſt ꝓpinqua aut remota. ſic emota. ſic ē criſis aut humores aſcendentes a ſtomacho aut a toto corpore. ſi ꝓpinqua aut eſt propter claritatem ſenſus quia ſpūs ē ſiccus ⁊ neruus. aut ꝓpter debilitatem capitis aut corporis aut ꝓpter vaporem groſſum ⁊ ventoſum qui percutit aerē generatuʒ in aere. ℂ Quarto notandum ꝙ ſigna ſonitus ⁊ tinit⁹a cauſa extrinſeca ſunt nota ex iudicio patentis. ℂ Signa quando proueniit a cauſa remota. vel per cōtatem ſūt quia venit cum interpollatione ⁊ ſentitur alteratio a mēbro cōicante. Ratio patet. ℂ Signa vero per cauſam propīā ⁊ propinquam ſunt quia venit continue ⁊ in alijs mēbris non eſt nocumentum. ℂ Signa quando fit ꝓpter debilitatē nerui auditiui vel capitis ſunt qꝛ omnis ſonus ledit īfirmum ⁊ non audit niſi ſonos bene fortes ⁊ dictos. ℂ Signa quando ſit ex acuitate ſenſus auditus ſunt quia fortificatur ⁊ infeſtat plus tempore ieiunij ⁊ poſt repletionē minus ledit ⁊ quelibet cauſa parua occurrēs ſentit. ℂ Signa eius qui ſit a ventoſitate ſunt quia ſentitur aſcenſus ⁊ deſcenſus ſicut cum bullit muſtum. ⁊ ſi ventoſitas vergat ab humiditate videtur ſibi ꝙ pluat. ⁊ ſi vergat ad groſſitiez videtur ſonus vnius molendini. ſi ad ſiccitatem videtur ſibi quaſi ſonus arborum cum frangūtur. ℂ Signa eius q ſit ex repletione capitis ſunt qꝛ accidit poſt ſtrictūrā ventris ⁊ poſt repletionē nauſeatiuā. Rō p3. Eſt granitas capitis ⁊ debilitas auditus. ℂ Almanſor.

Et forſaſſe quandoqʒ contingit ex ſubtilitate ſenſus audit⁹ ⁊ eius claritate cuius ſignum eſt ꝙ in tempore famis augetur ⁊ in hora ſatietatis ⁊ ebrietatis minuitur que propria non indiget cura niſi ſuperfluitatē obtineat. Tunc enim de opio diſſoluto in oleo immittendum eſt ꝙ̄tum duo grana ordei ponderant. ℂ Syllanus.

ℂ Hic determinat de ſonitu ⁊ tinnitu vel tremitu. ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curaʒ quando puenit ex ſubtilitate auditus. Secundo quando ex ventoſitate. ſecunda ibi (Si autem. Prima in duas. primo ponit ſignū diſtinctionum quando proueniit a ſubtilitate auditus. ſecundo ponit curam. ſecunda ibi. (Tunc enim. De prima dicit primo ꝙ ſonitus ⁊ tinitus aliquando contingunt ex debilitate ſenſus auditus ⁊ claritate. Ratio qꝛ quelibet parua cā occurrens ſentitur. Secūdo ponit ſignum diſtinctionum dicēs ꝙ tempore famis augetur. Ratio qꝛ tunc non impeditur ꝓpter ſumoſitatem ſed tempore repletionis diminuitur. rō qꝛ tunc aliqui vapores aſcendentes reddunt organum auditus magis obtuſum. Tertio dicit ꝙ talia non indigent ꝓpria cura niſi ſuperfluant. (Tunc enim. Hic ponit curam quādoquo uenit ex acuitate ſenſus dicens ꝙ de opio quantum pōderant duo grana ordei in oleo eſt ponendū ⁊ in aurem mittendum. rō qꝛ ingroſſat ſpūm auditus ⁊ remouet ſenſum membra hoc tri eſt periculoſum. ℂ Notanduʒ ꝙ loco dicti remedij valet hoc. ℞. opij. gra. i. caſtorei. gra. i. miſce in aceto ⁊ due gutte ponātur in aurē. ℂ Ad idē oleū coctū cum ſemine papaueris ⁊ myrtillorū diſtilletur in aurem. ℂ Notandum ſecundo ꝙ dieta in tali eſt vt comedat lactucas portulacas ⁊ cucurbitas farruʒ farine ordei ⁊ auene conditum cum agreſta ⁊ rūm. De potibus eſt vinuʒ lymphatum cuʒ aqua decoctionis berberis vel aqua granatorum vel aqua decoctionis ſumach ⁊ agreſta. Al.

Si autem hec cum grauedine capitis et auditus debilitate affuerint oleum de ſemine raphāi et oleum de amigdalis amaris et oleum roſ. in quo caſtoreum fuerit reſolutum ſunt īmittēda. auris quoqʒ ſuperponenda eſt vapori aque in qua ſanſucus ſticados arabicum abſinthiū mentaſtrum origanuʒ cocta ſint. Et vēter multoriēs ex pillulis cochiis ē ſoluēd⁹. Et cibaria minuenda et vinū diminuēdū. ℂ Syllanus

ℂ Hic ponit curam quādo ſit a ventoſitate ⁊ diuiditur in tres. primo ponit curam per localia. Secundo per euacuationem. Tertio per dietam. ſecunda ibi. (Et venter. Tertia ibi. (Et cibaria. Prima in duas. Primo ponit curam per iniectionem in auribus. Secundo per ſuffumigationē Secunda ibi. (Auris quoqʒ. De prima dicit ꝙ ſi ſonitus cum grauedine capitis ⁊ debilitate auditus oleuʒ de ſemine raphani oleum de amigdalis amaris oleum roſ. i quo caſtoreum ſit diſſolutum ſunt īmittenda. Ratio quia capite purgato illa olea habent reſoluere ventoſitatem. ℂ Notandum ꝙ per illa poſſumus intelligere ſibi ſimilia. vt iniectio aque raphani olei laurini. ℂ Ad idem iniectio ſucci ſerpentarie cum melle. ℂ Ad idē iniectio olei de been. ℂ Ad idem ſuccus cepe. ℂ Ad idem aqua rute poſita in aure cū bombice. ℂ Ad idem oleum de amigdalis amaris in quo diſſoluta ſit ruta vel aliquid euforbij. ℂ Ad idem oleuʒ de ſpica in quo diſſoluatur optimū caſtoreum ⁊ euforbium. ℂ Ad idem ſi diſtilletur acetum decoctionis elli nigri meſue. (Auris quoqʒ. Ponit curam per vaporationem dicēs ꝙ auris dʒ poni ſupra vaporē aque in qua cocta ſint ſanſucus ſticados arabicum mentaſtrum ⁊ abſinthium. Ratio quia talis vaporatio eſt cā diſſoluendi ventoſitatem ⁊ debet recipi per cannam vel per aliud inſtrūm. ℂ Ad idez vinum decoctionis betbonice ⁊ eſt experimentuʒ gordonij bonum. (Et venter. Ponit curam per euacuationem cuʒ pillulis cochijs. Ratio quia euacuatur ſta a cerebro a quo elevatur ventoſitas que eſt cauſa ſonitus ⁊ tinnitus. (Et cibaria. Hic ponit curam per cibaria dicens ꝙ cibaria ſunt minuenda. Ratio quia calor redditur magis intentus circa materiam ad reſoluendum eam. Secundo dicit ꝙ vinum eſt dimittendum. rō quia tale eſt vaporoſum ⁊ cōmouet ventoſitates ⁊ vapores ideo ⁊c. ℂ Notandum ꝙ debet abſtinere a pomis leguminibus nucibus⁹ ⁊ ſimilibus omnibus vaporoſis ⁊c.

ℂ De grauedine auditus. ℂ Syllanus.

Notandum circa rubricam ꝙ nocumentū in auditu. aut proueniit a natiuitate. aut poſt. Si poſt aut proueniit per viam criſ aut per criſim vel ſine criſi. Si ſine criſi. aut ā ab intra aut ē ab extra

Digitized by Google

De grauedine auditus

Si ab extra sic est casus vl̄ percussio tonitruū pulueris pulices vel alie res cadētes in aurē. Si ab intra aut est ꝓpter nocumentū in instrumēto auditus. aut ꝓpter cōpassionē aliorū membrorū. Si ꝓpter cōpassionē aliorū membrorū sicut sunt passiones capitis aut dentium. aut fractio fractus ꝛ filia. Si ꝓpter nocumentū instrumēti auditus hoc est aut ꝓpter spūs qui ꝓuent a cerebro p nerui ꝛ ossa. aut ꝓpter nocumentū qō est in foramine. Si ꝓpter spūs aut rōne q̄litatis sue .q. est nimis calidus vel nimis frigidus vel nimis grossus. Si ꝓpter nerui ꝛ ossa hoc est ꝓpter tria. aut ꝓpter malā cōplexionem calidā vel frigidā humidā vel siccā simplicē vel cōpositam cum materia vel sine materia. Aut ꝓpter morbū officialē. sicut est duricies oppilatio nerui opilei apostema. aut ꝓpter morbū cōmunem sicut est solutio cōtinuitatis. Si ꝓpter nocumentum qō est in foramine. aut in locis vicinis. hoc est ꝓpter tria. s. ꝓpter malā cōplexionē calidā vel frigidam ꝛc. Uel ꝓpter morbos officiales. sicut est oppilatio facta ꝓpter sanie. aut humores aut verucā aut carnē additā. aut vermes aut apostema ꝛ similia. aut ꝓpter morbū cōmunem sicut est solutio cōtinuitatis. ¶ Secūdo notandū q̄ de signis si ꝓuenit nocumentū auditus a natura vel causis primitiuis vel aliis egritudinibus capitis vel aliorū membrorū vel ꝓpter crisim. signa sunt manifesta volenti cōsiderare. Signa si fuerint ꝓpter nocumentū qō fit in foramine. ponat in loco in mineolo ꝛ erit manifestum visui. Signa si fuerint ꝓpter nocumenta intrinseca in neruo aut offeant aliis vbi est ꝓpter se iudicium de auditu si est cū materia est cū grauitate capitis ꝛ loci. Sed in signū sumit a inualidus ꝛ nocēbus. q. ois discrasia leditur a simili ꝛ iuuatur a cōtrario. ꝛ ex hoc multum deuenit in cognitionē discrasie. licet oporteat aliquas cōditiones attēdere quas nunc omitto. si discrasia fuerit calida sentitur ab intra caliditas ꝛ ledit a calidis. si fuerit frigida. sentitur ab intra frigiditas. ꝛ leditur a frigidis ꝛ iuuatur a calidis enacuatiōe facta. si fuerit ficca adsunt vigilie vrtiarimū. lenitas capitis. si fuerit ab humiditate est tumor in facie ꝛ de facili incurrit reuma ꝛ est cū granitate. si fuerit ab apostemate est semper dolor magnus ꝛ pulsatio ꝛ calor ꝛ febris saltē effimera. si fuerit ex vlcere est ibi p̄cura mordicatio ꝛ dolor. ¶ Tertio notandū q̄ ad sciendū experimētum. vtrū i aure sit humiditas aut aquositas. aut sanies. aut alia res. ℞. spongiā ꝛ calefiat igne ꝛ pānis lineus duplicatus calidus superponat spōgie ꝛ applicetur auri ꝛ dormiat desuper. Si inueniat pānū maculatū est ex illis. si vero non tunc passio auris nō est ex hūiditate nec sanie nec aqua sitate. sed ex alia re. ¶ Notandū quarto q̄ surditas auditꝰ est duplex. quedā est cāta ex lesione organi a principio generatōis. et talis est incurabilis. Surditas vero accidentalis est duplex. Quedam est noua ꝛ illa est curabilis. ꝛ q̄dā est antiqua. ꝛ est postq̄ trāsit duos annos. ꝛ talis est incurabilis. ¶ Notandū quinto q̄ hic capit granedo auditus vel ꝓ actōe diminuta vel ablata auditus. ¶ Almans.

Am i auditu ꝓgit grauitaſ ꝓhibitū
ē an sit ibi sordities q̄ vocaſ cera q̄ sit in
aure q̄ si iueterauerit mūdeſ cū medicis
ſm q̄ ꝓdixim⁹ aut cū cura mānus. ¶ Sylla.

¶ Hic determinat de grauedine auditus ꝛ diuidit i quatuor. ℙ Primo ponit curā q̄s ꝓuenit ex sordine que vocatur cera. Secūdo q̄s ꝓuenit ex repletōe ꝛ vītositate. Tertio ponit curā q̄s ꝓuenit ex inanitōe. Quarto ponit curam q̄s ꝓuenit post frenesim. ꝛ remittit nos. Secūdo ibi. (Si autez sordes). Ibi tertia. (Si aūt auditus.) Ibi quarta. (Qō si post). De prima dicit q̄ si in auditu ꝓuenit grauitas cōsiderandū est. an sit ibi sordities que vocat cera in aure. Secundo dicit q̄ si fuerit inueterata ꝺz enacuari cū medicinis sm q̄ dictum est. Aut cū operatione manuali. ¶ Notandum q̄ sordities auris aut est in superficie. ꝛ sic potest removeri cum operatione manuali. Uel est in profundo ꝛ sic potest removeri cuz medicinis mundificatiuis ꝛ aperitiuis de quibus dictum est. ¶ Almansor.

¶ Si aūt sordes nō affuerit. ꝛ euenerit hoc post saietatē fastidiosam que eā precessit. aut egritudinē acutā auris ponēda est sup vaporē aque in qua ea que prediximus cocta fuerint traiectorio iterposito quousq̄z vapor ascēdat. qō hoc mō fieri ꝓuenit. Res aūt iste i cucuma brite os acutū coquanſ deinde traiectoriū ori cucume superponaſ. ꝛ ne vapor egredi possit pānis involuaſ ꝛ auris sup os traiectorii ponaſ. Istud ꝓtea fiepb in aurē mittaſ. Qō. ℞. colloquintide. ʒ. i. baurach tertiā. ʒ. vni⁹ castorei aristo. ro. succi absinthij oium añ. ʒ. ʒ. costi quartā. ʒ. vni⁹. euforbij serrā. ʒ. vni⁹. felis vaccini q̄tū sufficit ad p̄dicta cōficēda. fiāt ex eis fiepb. Cūq̄z necesse fuerit sumaſ vnū i oleo de amigdalis amaris resolutū ꝛ imittaſ auri. boc. n. valō vnle existit dolori phlānico ꝛ uentositati ꝛ sonitui ꝛ tinnitui q ex grosso fuerit ꝛ surditati que est ex grossis humoribus. ¶ Syllanus.

¶ ℙ Ponit curā q̄s ꝓuenit ex repletiōe ꝛ vītositate. ꝛ diuidit in duas. ℙ Primo ponit curā per vaporationē. Secōo p imissionē in aurē. Secōa ibi. (Istud preterea. De prima dicit q̄ si in aure nō fuerint sordes. sed granitas auditus fiat post saietatē vel repletionē que ꝓcessit vel ꝓpter egritudinē acutā. auris ꝺz poni supra vaporationē aque in qua ea q̄ dicta sunt. s. sansucus absinthū ficados mentastrū origanū cocta sint. Secōo ponat medū quo recipi ꝺz vapor. q. res debent cog in instrumēto. s. in vase ꝛ post circūponi debz vas ne vapor egredi possit ꝛ auris super orificio poni ꝺz. Qō q. hic sumus cōsumit materiā ꝛ resolvit ventositatē. ¶ Notandū q̄ anteq̄ approximet hoc locale vel aliud ꝺz ꝓmitti enacuatio cū pillulis cochijs ꝛ ante exhibitionē pillularū ꝺz ꝓmitti sirupus supradictus. (Istud preterea.) ℙ Ponit curā p iniectionē in aurē. dicens q̄ in aure ꝺz poni istud fiepb. ℞. colloquintide. ʒ. i. baurach tertiā partē. ʒ. vnius castorei aristol. ro. succi absinthij oium añ. ʒ. ʒ. costi q̄rtā ptē. ʒ. vnius enforbij tertiā ptē. ʒ. i. felis vaccini q̄tū sufficit ad cōficienda p̄dicta. fiat ex eis fiepb. ꝛ cum fuerit necesse vnū in oleo de amigdalis amaris resolutū in aurē mittaſ. Secōo explicat innamenta eius dicēs q̄ vtile ē dolori phlānico ꝛ sonitui ꝛ tinnitui ꝓuenientibus ex ventositate grossa ꝛ sorditati que ē ex humoribus grossis. ¶ Notādū q̄ cā remedij est. q. cōsumit ventositatē ꝛ materiā que est cā granitatis audit⁹. Ad idē. ℞. baccarū lauri. ʒ. ʒ. terātur ꝛ bulliant ꝛ misce cū oleo de lilio ꝛ ponaſ in aurem ꝛ valet. ad idem. ℞. oleū laurinū in quo fit bullitū spoliū serpētis. ad idē oleū uniperis. oleū balsami. oleū amigdalarū amararū. Ad idem valent dicta in. c. precedenti de sonitu ꝛ tinnitu. ¶ Secundo notandum q̄ per illa localia intelligere possumus alia. s. gargarismata sternutationes capitpurgia ꝛ mastications. ¶ Almansor.

¶ Si aūt auditus debilitas post ieiunij vigiliaſ q̄z cōtingit fueritq̄z facies extenuata ꝛ oculi concaui eger balneū sepe i grediatur. Et largiori cibo ac potu utaſ. Et i sōno fiat. pfūdior. Super caput quoq̄z aquā tepidam cū oleo fundat donec saneſ. Qō si post frenesim cōtingat ex medicinis primis curetur. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit curā q̄s ꝓuenit ex ianitōe ꝛ diuidit i q̄tuor. ℙ Primo p̄mittēdo signa ponit curā p balneū. Secōo p oleū tam. Tertio p sōnū. Quarto p embrocationē. Secūda ibi (Et largiori.) Tertia ibi (Et in sōno.) (Quarta ibi (Super caput.) De p̄ma dicit q̄ si debilitas auditus ꝓueniat post

telennum aut vigilias ⁊ cū hoc fuerit facies extēnata ⁊ oculi cōcaui ꝙ cura dꝫ sepe igredi balneū. ¶ Notandū ꝙ si appareant ꝓdicta signa significat multa cōsumptio spūum. talis aūt est cā grauitatis auditus. Sed rō remedij est q: i talibus itēio ē humectatio pp siccitatē fcāz. sed hoc facit balneum ꝙ viā irrotatōis. (Et largior.) ¶Ponit curā p dietā dicēs ꝙ dꝫ vti dieta i cibo ⁊ potu in maiori q̄titate. ℞ō gaꝫ hoc generat magis de sanguīe ⁊ de spū ⁊c. (Et i sōno ¶Ponit curā per somnū dicēs ꝙ dꝫ plus dormire q̄ aī q: somnus bonificat digestionē ⁊ humectat corp⁹. (Super caput. ¶Pōit curā p embrocationē dicēs ꝙ dꝫ fundi aq̄ tepida cū oleo supra caput. ℞ō pꝫ. (Qō si post. ¶Ponit curā q̄ venit post phrenesiꝫ ⁊ remittit nos. dicēs ꝙ si vēiat post frenesim debet curari cū medicinis primis. ¶ Notā dū ꝙ post frenesim pōt puenire debilitas auditus dupl'r. vel p cōtatē materie colerice facētis frenesim ad aures sin thomatice vel p viā crisis ⁊ dꝫ curari cū medicinis dictis i c. de soda in principio libri. Vel pōt fieri ex ꝓte ventositatis ⁊ sic cō petūt medicine ꝓsumptue vētositatū. ¶ Secundo notandū ꝙ cura grauitatis auditꝰ ex additōe carnis ē vt mū dificet cū vnguēto viridi qō sic fit. ℞. aluminis zucharini florū eris aā: ℥. ʒ. mellis. ℥. ʒ. ico: ponentur sīl. deide mundificet cū vnguento apostorum qō sic fit. ℞. cere albe resine aā. ʒ. xiiij. oppoponaci florū eris aā. ʒ. ij. armoniaci. ʒ. xiiij. aristol. longe thuris mūmie aā. ʒ. vi. myrrhe galbani aā. ʒ iij. bdelij. ʒ. vi. litargiri. ʒ. viij. infundat bdeliū i aceto vini postēa frustatim incisum fuerit cōficiat sic. dissolvant oēs gūme cum bdelio ⁊ cera ad ignē in oleo ⁊ postēa oia dissoluta fuerint ꝓfecte colet totum ⁊ tūc addatur pulvis aliarū rerū que possunt cōteri ⁊ cribellari ⁊ agitetur continue cū spatula donec infrigidatū fuerit. ¶ De vermibus auris ⁊ paruis animalibus in ipsam ingredientibus vt sunt pulices ⁊ similia. ¶ Syllanus.

Otandū circa rubricā ꝙ vermes pñt eē i carne dupl'r. pīo ab extra sicut pulvis pulex vel lapis Scōo ab itra ex mā putrefacta in aure cōuertitur a calore naturali iꝫ putrefactio fiat a calore accidentali. ⁊ iꝫ vt plurimū vermes generēt i ūtestinis pñt tū gñari i aure ⁊ aliis locis. ¶ Scōo notādū ꝙ signa v̄ miū sūt titillatio pruritꝰ ⁊ dolor ⁊ casus vmium ab aure ⁊ ꝙ medicꝰ aspiciat ītra aurē ad solē. tūc. n. certe potest indicare de vermibus. ℞atio pꝫ. ¶ Almansor.

Um i aure fuerit titillatio ⁊ pruritus ⁊ dolor. deinde ceciderint vmes ab aure imittat aurī succꝰ mētastri. aut de foliis pficorū aut oleū de nucleis ipsoꝝ. aut aloes i aq̄ dissoluat ⁊ imittat: hec. n. vermes auris ⁊ pua animalia ingredientia ipsam aut que in vlceribus nascuntur interficiunt. ¶ Syllanus.

¶ Hic determinat de vermibus ⁊ aliis animalibꝰ puis i aure dicēs ꝙ vbi in aure fuerit titillatio pruritus ⁊ dolor. ⁊ cecidерit vermis ab aure tūc arguendū est ꝙ i auribꝰ erūt vermes. scōo dicit de cura ꝙ in auribus dꝫ pōi succꝰ mētastri vel succus de foliis pficorū. vel aloes in aq̄ dissolutū vel oleū de nucleis pficorū. verificat se q: hec posita i auribꝰ interficiūt. vmes ⁊ alia animalia parua aurē ingredientia. ¶ Notā dū ꝙ ꝓdicta interficiūt vmes rōne amaritudinis sue. ¶ Secūdo notādū ꝙ vltra ꝓdicta ad interficiēdū vmes valet. succus absinthij. succus lapinorū succus centauree. succꝰ capis. succus radicis mori. succus radicis consolidri. nā sibi iest ꝓpriet mirabil. Distillatō elix facta cū vio oia fella. euforbium. ⁊ hec sunt simplicia. Cōposita sunt aloes. ℥. ʒ. collo gntide agarici. aā. ʒ. ʒ. teranꝫ ⁊ pulverizentur. misce cū aq̄ feruēti ⁊ distillet in aurē. ¶ Tertio notādū ꝙ educētia vermes sunt primū ꝙ vas i quo fit lac applicet auri ⁊ patiens decubat supra illā aurē. q: vmes descendēt ꝓpter illā dulcedinē lactis. Ad idem. ℞. vini. ʒ. ij. mell. ʒ. iij. olei ros. ʒ. iij. misce cū albumine duorū ouoꝝ ⁊ lana infundat in predicta ex q̄ repleat auris. ⁊ patiēs decubat supra illaz aurē ⁊ subito lana extrahat q: vermis exibit extra. ad idē lana i fusa i melle ponat in aure ⁊ subito extrahat. Ad idē applicetur auri; vētosa. q: extrahit vermes. ad idē distillet i aurē hora post horā oleū tepidū. deinde sternutet cū cōdito ellō albo ⁊ retineat os ⁊ nares vt spūs ferat ad aures. nā cum ipetu exibunt vmes. ad idē si pulex vel aliud tale aurem ingrediatur mittatur in aurem capillus vel filum forici duplicatum applicabitur vermis vel animal ad filum ⁊ sic ūbere extrahetur.

¶ De his q̄ extrinsecus cadūt i aurē. ¶ Syllanus.

Irca rubricā est notandū ꝙ eoꝝ q̄ ingredīt aurē ab extra q̄dā sunt i solida ſuba. vt cicer lapis ⁊c. q̄dā i ſuba ligda vt aliqs liquor vt aq̄. ¶ Secūdo notādū ꝙ si aliqs istoꝝ itrat aurē ab itrīse seco mānifestū ē medico p narrationē infirmi ⁊ p aspectū in aurē cū exponit ad radiū solis. ¶ Almā.

Uz aliqd i aurē figit oleū tepidū ē imittēdū ⁊ patiēs balneū ingrediatur ibi mora faciēs dōec corpꝰ eiꝰ mollificetur. deinde naribꝰ isufflentur ꝓdicti. ⁊ teneat anbelitꝰ ut sternutatio seqtur. forsitā. n. sic egreditur. si aurē fuerit difficile ⁊ non exierit erit necesse vt cuꝫ ferro auri immisso extrahatur. Quod etiam in naribus est faciendum si quid eas ingressuꝫ fuerit qō extrahi non possit. ¶ Syllanus.

¶ ¶Ponit curā eoꝝ q̄ ingrediunt in aurē ⁊ dividit in duas. ¶Pīo facit boc. secūdo ostēdit ꝙ cura nō est differēda. secūda ibi. (Neq; boc. ¶Prima in duas. pīo ponit curā q̄ illud qō ingredit in aurē ē in ſuba dura. scōo q̄ est in ſuba ligda. vt aq̄. secūda ibi. (Si autē. ¶prima in duas pīo. ponit curā per iniectionē olei in auribus. scōo p iniectionē i naribus. scōa ibi. (Deinde. De prima dicit ꝙ q̄ aligd figit in aure oleū tepidū ē imittēdū. ℞ō q: ē cā mollificatiōis. vñ res melius possit egredi. scōo dicit ꝙ patiēs ingrediēs balneū dꝫ ꝓtrahere morā donec mollificet. rō pꝫ supra. (Deinde naribus. ponit curā p iniectionē in naribus dicēs ꝙ in naribꝰ debēt isufflari cōdita ⁊ retineri anbelitus vt sequat sternutatio. q: sic egredіet. rō q: p illā sternutationē primo nec natura ad expellēdū supflua ⁊ cū nō possit exire vētus p nares ⁊ os sic illa res egredit. ¶ Si aūt fuerit. ¶Hic ponit curā p opationē manualē. dicēs ꝙ si fuerit difficile egredi cū predictis erit necessariū vt cū ferro posito i aure egrediat. scōo dicit ꝙ si qd i nare ingrediat quod nō possit egredi idem est faciendum. ¶ Almansor.

¶ Qō si aqua aurē intraverit capite ad ptē auris illius iclinato saliat eger. Qō si nō exierit, puocetur sternutatio ut dixim⁹ deīde oleū tepidū multoties imittatur. Neq; boc, p parno ē babēduꝫ ⁊ pcipue si res malā bñs qualitatē ingressa fuerit ex ea nāq; grauis segtur dolor. ¶ Syllat.

¶ ¶Ponit curā quando illud qō ingreditur est aq̄ aut ſuba stantia ligda. ⁊ primo dicit ꝙ si aqua ingrediatur in aurē capite ad aurem inclinato saliat eger ⁊ saltet. rō quia causa est vt egrediatur per motū ⁊ saltum. secūdo dicit ꝙ si nō exierit dꝫ puocari sternutatio vt dictū est supra. Tertio dicit ꝙ oleum tepidum sepe est imittendum in aure. ratio quia est causa lubricationis. ¶ Notandum ꝙ hec aqua in aure pōt remoueri mundificando aurem cū stilo involuto in coto vel pēna subtili munda. ad idem ponatur in aure cum filo vt possit extrahi spongia marina vel lana que reperitur in conchis marinis. Vel frustum medulle sambuci. ad idem ponatur cānula in aurē ⁊ aliqua persona extrahat per illaz cum anbelitu ⁊ exibit aqua ne detur vacuū ⁊ est ēt modus attrahendi vermes. Ad idem ponatur cāna in aurē ⁊ in cāna ponatur vga ignita q: consumit illam aquā. Ad idē fiat suffumigatio ad aurē ex dissolventibus vt camomilla anisū ⁊ filibus coctis in vino. (Neq; boc. Ostendit quō hec cura nō est differenda dicēs ꝙ qñ in aure cadit aliquid extra-

Digitized by Google

De fluxu sanguinis narium

neū;nō est differenda cura neq; p;o parvo babēdū p̄cipue si ingrediat̄ res bñs p;aiā q̄rat̄. Certificat se. q; ex ea segtur gravis dolo: ꝛ p ꝓñs sequitur gravis egritudo.

Otādū ꝙ fluxus sanguinis narīū aliq̄n est arterialis aliq̄ando venalis. Aliquando venit post febres acutas ꝛ post apparitionē signorū digestionis ꝛ dē creticus. Aliq̄n ante apparitōem signorū digestionis in febribus acutis ꝛ nō acutis. Aliq̄n absq; febre fit corpe sano ꝛ ꝓpter acuitatē vel eī' multitudinē vel a casu vel a p̄cussione. ¶ Scdo notandū ꝙ fluxus sanguis narīū ꝓuenit pp apertionē officiorū venaru; que sunt i naribus. ꝛ hoc pp tria. aut rōe mēbri. aut virtutis. aut humorū. si pp mēbrū cū est rarū ꝛ laxū si pp virtutē. vt q; expulsiua est fortis ꝛ cōtētiua ē debilis. sed pp humorem. aut q; multus. aut q; acut' aut q; aquosus ꝛ subtilis ꝛ iste sunt cāe communes i oī eo quod egredit̄. vt vult Gal. in sexto de accidenti ꝛ morbo. ¶ Tertio notandum ꝙ fluxus sanguinis narīū. aut est ab extrīseco aut ab intrīseco. Si ab itrīseco. aut cū crisi. aut sine crisi. sicut i freneti aut pleuresi. aut apostemate epatis aut splenis aut synocha aut tertiana. aut in variolis ꝛ morbillis ꝛ filibus. si sine crisi aut p̄cit a capite aut ab epate. aut a splene. ¶ Quarto notandū de signis. Signa distinguenda inter sanguinē venalē ꝛ arterialē sunt q; sanguis arterialis exit a loco cū inundatione ꝛ motu tortuoso. sed venalis nō. Itē sanguis arterialis ē valde. subtilis ꝛ magis rubeus q̄ venalis. Itē ad fluxum sanguis arterialis quasi semp sequitur syncopis in venali ät nō. Itē arterialis non fit ex oī medicina restringiē de leui sicut venalis. Itē res que ponūtur super epar nō fit cōferūt in fluxu sanguinis arterialis. quēadmodū res que ponunt super cor ꝛ torace. In venali vero satis cōferūt. Ratio p;a Signa fluxus sanguis cretici sunt q; fit post febres ꝛ post alias egritudines ꝛ post appitionē signorū digestionis i superfluitatibus ꝛ in die aliqua cretica ꝛ ꝙ dolor corpis p;aecesserit ꝛ habitudo satis carnosa exist ꝛ colerica vrina visa fuerit citrina ꝛ ante oculos apparuerit res rubee vt ignis ꝛ post fluxū sentit se alleviatū manifeste. nō p;a. Signa ei' qui fit ex acuitate sanguinis sunt claritas ꝛ subtilitas sanguinis qui egredit̄ ꝛ cū egredit̄ sentit̄ caliditas vehemens ꝛ ꝙ erit pallati ꝛ nō subito. Signa eius qui fit pp multitudinē sunt q; corpus valde repletū videtur rubedo faciei ꝛ totius corpis ꝛ ꝙ subito emittit̄ in quantitate maxima ad quā sequit̄ syncopis multotiēs ꝛ ꝙ ante fluxū visum ē patienti vti rebus multiplicātibus sanguinez ꝛ ꝙ abstinuit a coitu ꝛ flebotomia longo tpe. ꝛ ꝙ dolor capitis vehemēs antecessit. Signa quando fit fluxus sanguinis a membris determinatis. si a capite significat̄ ex dolore vehementi. si ab epe significat̄ ꝙ sanguis fluit a nare dextra. si a splene sanguis fluit a nare sinistra si ab vtroq; fluit ab vtraq;. Signa quando a causa extrinseca. vt casu. vel percussione fit manifesta ex relatione infirmi. ¶ Quinto notandum de p;onostico fluxus sanguinis. q; si p;odenit ꝓpter retbe cerebri vt aut nunq̄ curabitur. fluxus sanguis narīū q extēdit se vltra quatuo: lib. mal' ē si vltra octo pessim'. ꝛ si extēdit se vsq; ad. xx. vel. xxiii. nūq̄ viuere p̄t. Et fluxus sanguinis vsq; ad colorē pallidū dacēs vel fuscū viridē vel linidū pessim' est ꝛ mortalis. fluxus ät ducēs ad fiacopi ē mortalis. fluxus oīs subito veniēs ꝛ cū ipetu est mortalis. fluxus oīs cū allenatione infirmi est bonus. ¶ Almansor.

Ex his que sanguinis de naribus fluxus retinent est succus albedarogi cū camphora in eo dissoluta naribus immissus confert. n. ei qui banc passionem solitus est ante eam iniectus aut in bora egritudinis. aut sumātur gypsi; cinis carte de panno galle sanguinis draconis calx gezi. ꝛ pulverizata naribus insufflentur aut licinium in eis intinctum mittatur in nares aut alumē iamen pulverizatum vt alchool cum amilo eiusdem quantitatis naribus insuffletur. Quod si frequēter ad huc manauerit superiores brachiorū ptes apō ascellas cū instita ꝛ coxe apud inguina ligētur ꝛ testiculi sunt ligādi fit'. ¶ Syllāus.

